Ext. xxxv vi. L. c xl ii. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es mua
cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudi ci. & iu
dex tradat te ministro. & in carcerem mittaris. Amen
dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimū quadrā

Ext. xxxv vii. Sol. x Audistis quia dictū est antiquis: Item.
non mechaberis. Ego autē dico uobis: qm omnis
qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam. iam me
chatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dex
ter scandalizat te: erue eum & proice abste. Expedit
enim tibi ut pereat unum membrorū tuorū: quam totum
corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera
manus tua scandalizat te: abscide eam. & proice abste.
Expedit enim tibi ut pereat unum membrorū tuorū:
quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictū
est autē: qui cumq; dimiserit uxorem suam. det illi li
bellum repudii. Ego autē dico uobis: quia omnis
qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis cau
sa. facit eam mechari. Et qui dimissam duxerit: ad
ulteratur. Iterum audistis quia dictum est antiquis:
non peierabis. Reddes autem dño iuramenta tua.
Ego autem dico uobis: non iurare omnino. neq; per
celum quia thronus dei est. neq; per terram. quia scabel
lum est pedum eius. neq; per hierosolimam. quia ciui

tas est magn regis. ꝯ eq; per caput tuum iurauer is.
qua non potes unum capillum album facere aut ni
grum. Sit autem sermo uester: est est. non non.
Quod autem his abundantius est. a malo est. Audis
tis quia dictum est: oculum pro oculo. & dentem pro
dente. Ego aut̄ dico uobis. ꝯ non resistere malo.
Mt. xxv viii. l. i v. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam: /
prebe illi & alteram. Et ei qui uult tecum iudicio
contendere. & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallū.
Mt. xxxviii. Sol. x Et quicunq; te angariauerit mille passus: uade cū illo
alia duo. Qui petit a te: da ei. Et uolenti mutuari
a te: ne auertaris.
Mt. xl. l. i. ii Audistis quia dictum est: diliges proximum
tuum. & odies inimicum tuum. Ego aut̄ dico uo
bis. Diligite inimicos uros: bene facite his qui oderunꝯ
uos. & orate pro persequentibus & calumniantib⁹ uos.
ut sitis filii patris uri q̄ in cęlis est. qui solem suum ori
ri facit super bonos & malos. & pluit super iustos &
Mt. xl. l. i. v Si enim diligitis eos qui uos diligunt: ¶ iniustos.
quam mercedem habebitis? Nonne & publicani
hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres uros tan
tum: quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faci
unt. Estote ergo uos pfecti: sicut & pater uꝰ cęlestis
Cap⁹ 6⁹ Mt. xl ii. Sol. v Attendite ne iustitiam uram ¶ perfectus est.
faciatis coram hominib⁹: ut uideamini ab eis.

Alioquin mercedem non habebitis apud patrem
uestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam: noli
tuba canere ante te. sicut ypocrite faciunt in synago
gis & in uicis: ut honorificentur ab hominibus. Amen di
co uobis: receperunt mercedem suam. Te autem fa
ciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua: ut sit elemosina tua in abscondito. & pater
tuus qui uidet in abscondito: reddet tibi.

Et cum oratis: non eritis sicut ypocrite qui amant V.
in synagogis & in angulis platearum stantes orare:
ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis: rece
perunt mercedem suam. Tu autem cum orabis: in
tra in cubiculum tuum. & clauso ostio tuo ora patrem
tuum in abscondito. Et pater tuus qui uidet in ab

Ore. xl. m. Lec. xx^v. iii. Orantes autem: in scondito: reddet tibi.
nolite multum loqui sicut ethnici. Putant enim:
quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo ad
similari eis. Scit enim pater uester quid opus sit
uobis: ante quam petatis eum. Sic ergo uos orabi
tis. Pater noster qui es in celis. Sanctificetur
nomen tuum. Ueniat regnum tuum. Fiat uolun
tas tua sicut in celo & in terra. Panem nr̄m supersu
bstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis
debita nr̄a. sicut & nos dimittimus debitoribus nr̄is.
Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera

Hosaoza 2o.

Mt. xl. viii. Si enim dimiserritis hominibus peccata eorum dimittet & uobis pater uester celestis delicta uestra. Si autem non dimiserritis hominibus nec pater uester dimittet peccata uestra.

Mr. xl. v. Lc. vi. Cum autem ieunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminant enim facies suas ut pareant hominibus ieunantes. Amen dico uobis quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieunas ungue caput tuum. & faciem tuam laua. ne uidearis hominibus ieunans sed patri tuo qui est in abscondito. & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra ubi erugo & tinea demolitur. & ubi fures effodiunt & furantur.

Mr. xl. vi. Lc. xii. Thesaurizate autem uobis thesauros in celo ubi neq; erugo neq; tinea demolitur. & ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus.

Mr. xl. vii. Lc. xxxviii. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt ipse tenebre quante erunt.

Mr. xl. viii. Lc. xvi. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odio habebit & alterum diliget aut unum

Mt.xlvm. l. c lv. Iustinebit. & alterum contemnet. Non potestis do
o e o dico uobis: ne sol ſ seruire & mammonę.
licti sitis ammę uestę quid manducetis. neq; cor pori
uestro quid induamini. Nonne anima plus est quam es
ca. Et corpus plus quam uestimentum: Respici
te uolatilia cęli. quoniam non seruunt. neq; metunt.
neq; congregant in horrea. & pater uester cęlestis
pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis:
Quis autem ue'n cogitans potest adicere ad statura
suam cubitum unum: Et de uestimento quid solli
citi estis: Considerate lilia agri quomodo crescunt:
non laborant neq; nent. Dico autem uobis: quo'n nec
salemon in omni gl'a sua cooptus est sicut unum ex
istis. Si autem fenum agri quod hodie est. & cras
in clibanum mittitur. deus sic uestit: quanto magis
uos minime fidei: Nolite ergo sollicti esse dicen
tes. Quid manducabim': aut quid bibemus: aut q'
opiemur: Hęc enim omnia gentes inquirunt.
Scit enim pater uester: quia his omni' indigetis.
Quęrite ergo primum regnum dei. & iustitia' eius:
& hęc omnia adicientur uobis. Nolite ergo solli
citi esse in crastinum. Crastinus enim dies: sollicitus
erit sibi ipsi. Sufficit diei malicia sua.

or. l. or'. ii xl. l. i vi. Nolite iudicare: ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Et in qua

ſ VI. Cap'. Vii.

at mēnecup. mensura mensi fuerit ris' remetietur uobis.

Mr. l i
l. l viii. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui. & trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo. sine eiciam festucam de oculo tuo. & ecce trabis est in oculo tuo? Hypocrita. eice primū trabem de oculo tuo: & tunc uidebis eicere festucam de

Mr. l ii.
Sol.x Nolite dare sanctum ℣ oculo fratris tui. canibus' neq; mittatis margaritas uras' ante porcos. ne forte conculcent eas pedibus suis. & conuersi dirum

Gr. l iii.
l. c.xxv. Petite & dabitur uobis' querite ℣ pariter uos. & inuenietis. pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui querit inuenit. & pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo. quē si petierit filius suus panem. numquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit. numquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali. nostis bona dare filiis' uris' quanto magis pater uester qui me est.

Gr. l iii.
l. l. viii. Omnia ergo ℣ dabit bona petentibus se. quecunq; uultis ut faciant uobis homines: & uos facite eis. Hec enim lex & prophete.

Gr. l. v.
l. c lxxv. Intrate per angustam portam: quia lata porta & spatiosa uia que ducit ad perditionem. & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arta uia que ducit ad uitam: & pauci sunt. qui inueniunt eam.

Gr. l. vi
Sol.x Attendite a falsis' pphetis' qui uenuunt ad uos in

uestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces.
A fructib⁹ eorum cognoscetis eos.

Mt. l. vii. l. l. vi. Numquid colligunt de spinis uuas: aut de tribulis ficus?

Mt. l. viii. l. l. v. Sic omnis arbor bona: fructus bonos facit. Mala autē arbor: fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quę non facit fructum bonum: excidetur & in ignem mittetur.

Mt. l. viii. l. l. viii. Io. c. xv vi. Igitur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe: intrabit in regnū cęlorū: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cęlis est: ipse intrabit in regnum cęlorum.

Mt. l. x. l. cl. xxvi. Multi dicent mihi in illa die: dñe dñe: nonne in nomine tuo pphetauimus: & in nomine tuo demonia eiecimus: & in nomine tuo uirtutes multas fecimus.
Et tunc confitebor illis: quia numquam noui uos.
Discedite a me: qui operamini iniquitatem.

Mt. l. xi. l. lxiii. Omnis ergo qui audit uerba mea hęc: & facit ea: assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domū suam supra petram. Et descendit pluuia: & uenerunt flumina. & flauerunt uenti. & irruerunt in domū illam. & non cecidit: fundata enim erat supra petrā.
Et omnis qui audit uerba mea hęc: & non facit ea: similis erit uiro stulto qui edificauit domū suā sup harenam. & descendit pluuia. & uenerunt flumina.

æflauerunt uenti. æ inruerunt in domum illam. æ ce
cidit. æ fuit ruina eius magna.

VII. mr. l.xii. mr. xiii. lv. iiii. lo. xxviii. Et factum est cum consummasset ihc uerba hec. ad illa
bantur turbe sup doctrina eius. Erat enim docens eos
sic potestatē habens. æ nō sicut scribe eoꝝ æ pharisei.

Cap. 8. mr. l.xiii. gr. xviii. l. xxxiii. Cum autem descendisset de monte. secute sunt eū turbe
multe. Et ecce lep̄s uenies. adorabat eum dicens.
Dne. si uis potes me mundare. Et extendens manū.
tetigit eum ihc dicens. Volo. Mundare. Et cōfesti
mundata est lepra eius. Et ait illi ihc. Vide. nemini
dixeris. sed uade ostende te sacerdoti. æ offer munus
quod precepit moyses in testimonium illis.

gr. l.xiiii. l. l. iii. xv. lo. xxxvii. Cum aut̄ introisset capharnaum. accessit ad eum centu
rio. rogans eum æ dicens. Dne. puer mꝰ iacet in domo
paralyticus. æ male torquetur. Ait illi ihc. Ego ue
niam. æ curabo eum. Et respondens centurio ait.
Dne. non sum dignus ut intres sub tectum meū. sed
tantum dic uerbo. æ sanabitur puer mꝰ. Nam et ego
homo sum sub potestate habens sub me milites. æ dico
huic uade. æ uadit. æ alio uenі. æ uenit. æ seruo meo
fac hoc. æ facit. Audiens aut̄ ihc miratus est. æ se
quentibus se dixit. Amen dico uobis. non inueni tan

gr. l.xv. lv. cl.xxvii. tam fidem in israhel.
Dico aut̄ uobis. quod multi ab oriente. æ occidente
uenient. æ recumbent cum abraham. æ ysaac. æ ia

cob.in regno çlor. Filii autem regni eicientur in te
nebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.
ogt. l.xvi. Et dixit ihs centurion. Vade: & sicut credidisti fiat
l. l.xvi. tibi. Et sanatus est puer: in illa hora.
ogt. l.xvii. Et cum uenisset ihs in domum petri: uidit socrũ eius
ogr. xv. iacentem & febricitantem: & tetigit manum eius.
l. xxvi. & dimisit eam febris. Et surrexit: & ministrabat
eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos de
monia habentes. Et eiciebat spũ uerbo: & omnes ma
le habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum ẽ
p esaiam pphã dicentem. Ipse infirmitates nr̃as
accepit: & egrotationes portauit. Videns autem
ihc turbas multas circum se: iussit ire trans fretũ.
ogt. l.xviii. Et accedens unus scriba: ait illi. Magister: sequar
l. cv. te quocunq; ieris. Et dicit ei ihs. Vulpes foue
as habent: & uolucres celi nidos: filius aut̃ hominis
non habet ubi caput reclinet. Alius aut̃ de disci
pulis eius: ait illi. Domine: pmitte me primũ ire &
sepelire patrẽ meum. Ihs autem ait illi. Sequere
me: & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
ogt. l.xviii. Et ascendente eo in naucula: secuti sunt eum discipuli ei. §VIII.
ogr. vi. Et ecce motus magnus factus est in mari:
l. lxxxviii. ita ut nauicula operiretur fluctib̃. Ipse uero dor
miebat. Et accesserunt: & suscitauerunt eũ di
centes. Domine: salua nos. perimus. Et dic̃ eis.

Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit uentis et mari: et facta est tranquillitas magna.
Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic quia uenti et mare obediunt ei. Et cum uenisset trans fretum in regionem gerasenorum. occurrerunt ei duo habentes demonia. de monumentis exeuntes ferocissimi ita ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis et tibi ihu fili dei? uenisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum pascens.
Demones autem rogabant eum dicentes. Si eicis nos: mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis. Ite.
At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex per precipitium in mare: et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt. Et uenientes in ciuitatem: nunciauerunt omnia. et de his qui demonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam ihu: et uiso eo rogabant ut transiret a finibus eorum.

cap. viii. cap. ix.

Mt. lxx. gr. lxx. l. lxxxvii. lo. xxxviii.

Et ascendens in nauiculam transfretauit: et uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et uidens fides illorum dixit paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum uidisset ihs cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cor

dibus uris. Quid est faciliꝰ dicere. dimittuntur
tibi peccata. aut dicere. surge & ambula. Vt sciatis
autem quoniã filius hominis habet potestatem inter
ra dimittendi peccata. tunc ait paralitico. surge tolle
lectum tuum. & uade in domum tuam. Et surrexit
& abiit in domum suam. Videntes autem turbe ti
muerunt. Et glorificauerunt deum. qui dedit
potestatem talem hominibus.

ỹt. lxxi. ỹr. xxvi. l. xxxviii.

Et cum transiret unde ihs. uidit hominem sedentem
in telonio matheum nomine. & ait illi. Sequere
me. Et surgens. secutus est eum.

ỹt. lxxii. ỹr. xxvii. l. xxxviii. l. e lxxxvi.

Et factum est discumbente eo in domo. ecce multi pu
blicani & peccatores uenientes discumbebant cum
ihu. & discipulis eius. Et uidentes pharisei. dice
bant discipulis eius. Quare cum publicanis & pec
catoribus manducat magister uester.

ỹt. lxxii. ỹr. xxviii. l. xl.

At ihs audiens ait. Non est opus ualentibus medi
cus. sed male habentibus. Euntes autem discite.
quid est misericordiam uolo & non sacrificium. Non
enim uenio uocare iustos. sed peccatores. Tunc ac
cesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes. Qua
re nos & pharisei ieiunamus frequenter. discipuli
autem tui non ieiunant. Et ait illis ihs. Num
quid possunt filii sponsi lugere quam diu cum illis e
sponsus. Venient autem dies cum auferetur ab

cissponsus et tunc ieunabunt. Nemo enim immittit commissuram panni rudis in uestimentū ueteris: tollit enim plenitudinē eius a uestimento. & peior scissura fit. Neq; mittunt uinum nouum in utres ueteres: alioquin rumpuntur utres & uinum effunditur: & utres pereunt. sed uinum nouum in utres nouos mittunt: & ambo conseruantur.

ỹr. lxxviii. ỹr. xl. viii. l. lxxxv. Hec illo loquente ad eos: ecce princeps unus accessit. & adorauit eum dicens: Filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manū super eam et uiuet. Et surgens ihc: sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis: accessit retro. & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum uestimentum eius: salua ero. At ihs conuersus et uidens eam dixit. Confide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier: ex illa hora. Et cum uenisset ihc in domum principis. & uidisset tibicines: & turbam tumultuantē dicebat. Recedite: non est enim mortua puella. sed dormit. Et deridebant eum. Et cum ejecta esset turba: intrauit & tenuit manum eius. & surrexit puella. Et exiit fama eius in uniuersam terram illam.

ỹr. lxxv. Sor. x Et transeunte inde ihu: secuti sunt eum duo cęci clamantes & dicentes: Miserere nri fili dauid. Cū autem uenisset domum accesserunt ad eum cęci:

& dicit eis ihs. Credit is quia hoc possum facere uobis?
Dicunt ei. Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eoꝝ
dicens. Secundum fidem uram fiat uobis. Et aperti
sunt oculi illoꝝ. Et comminatus est eis ihc dicens.
Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes? diffamauer
runt eum in tota terra illa. Egressis autē illis? ecce
obtulerunt ei hominē mutum. demoniū habentem.
Et eiecto demonio? locutus est mutus. Et mirate s
turbę dicentes. Nunquam apparuit sic in israhel.
Pharisei autē dicebant. In principe demoniorum
ojt. lxxvi. ojr. l. ii l. c lx viii. Et circuibat ihc ciuita eiecit demones.
tes omnes et castella? docens in synagogis eoꝝ. & predi
cans euangelium regni. & curans omnem languorē.
ojt. lxxvii. ojr. lx iiii. & omnem infirmitatem.
Videns aut turbas misertus est eis? quia erant uex
ati. & iacentes sicut oues non habentes pastorem.
ojt. lxxviii. l. c viii. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidē multa? opa
ru autem pauci. Rogate ergo dnm messis? ut eici
at operarios in messem suam.
ojt. lxxviii. ojr. xxviii. l. lxxvi. Et conuocatis duodecim discipulis suis? dedit illis potes
tatē spirituum immundoꝝ ut eicerent eos. & cura
rent omnem languorem. & omnem infirmitatem.
ojt. lxxx ojat. xxx. l. xl iii. Duodecim autem apl̄oꝝ nomina sunt hec. Primus
symon qui dicitur petrus? & andreas frater eius. Ia
cobus zebedei? & iohannes frater eius. Philippus &

Cap. x.

Bartholomeus. thomas. & matheus publicanus. & iacob'
alphei. & tatheus. symon chananeus. & iudas scariothes.

Mt. lxxxvi. Luc. ix.

Hos qui et tradidit eum.

Hos duodecim misit ihs. precipiens eis & dicens. In
am gentium ne abieritis. & in ciuitatem samaritanor' ñ
ne intraueritis. sed potius ite ad oues que per' dom' isr'.

T ꝙ. lxxxvii. Mr. ii. l. lxxxviii. Lo. c. v.

Euntes aut̄ predicate dicentes. Quia adppinquauit
regnum celor. Infirmos curate. mortuos suscitate.
leprosos mundate. demones eicite. Gratis accepistis. gratis
date. Nolite possidere aurum. neq; argentum. neq;
pecuniam in zonis ur̄is. non peram in uia. neq; duas
tunicas. neq; calciamenta. neq; uirgam. Dignus est
enim operarius cibo suo.

T ꝙ lxxxviii. Mr. ii. l. lxxxvii Lo. c. xii.

In quamcumq; ciuitatem aut castellu intraueritis.
inq̄rite q̄s in ea dign' sit. & ibi manete donec exeatis.

T ꝙ lxxxviii. L. c. xi.

Intrantes aut̄ in domu. salutate eā dicentes. Pax hu
ic domui. Et si quidē fuerit dom' digna ueniat pax
ua sup eā. si aut̄ ñ fuerit digna. pax ua ad uos reuert.

Mr. lxxxv. Mr. ii. l. v. L. c. xiii. Lo. lxxxvii.

Et quicumq; non receperit uos. neq; audierit ser mones
uros. exeuntes foras de domo uel de ciuitate. excu
te puluerem de pedibus uris. Amen dico uobis. to
lerabilius erit terre sodomor̄ & gomorreor̄ in die
iudicii. quam illi ciuitati.

T ꝙ lxxxvi. L. c viii.

Ecce ego mitto uos. sicut oues in medio luporum.
Estote ergo prudentes sicut serpentes. & simplices

sicut columbe.

t̄ Al. lxxxvii.
t̄ Al. cxxxviii.
l. cc 1.
lo. c. xl 1.

CAVETE autē ab hominib̄. Tradent enim uos in concilijs ꝯ in synagogis suis flagellabunt uos. Et ad præsides & ad reges ducemini propter me ꝯ in testimoniū illis

t̄ Al. lxxxviii.
t̄ Al. c. xl ii.
l. c. xl viii.
o l. cc l. 1.

CVM autē tradent uos ꝯ nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini ꝯ sed spūs patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autē frater fratrē in mortē. & pater filiū ꝯ & insurgent filii in parentes. & morte eos afficient. Et eritis odio omnib; propter nomen meū. Qui autē perseuerauerit usq; in finem. hic saluus erit.

t̄ Al lxxxviii
Solus. x

CVM autē persequent uos in ciuitate ista ꝯ fugite in aliam. Amen dico uob. ꝯ non consummabitis ciuitates israhel donec ueniat filius hominis.

gr. xc
l. l viii
ϕ c. x viii
l c. xxxviii

NON est discipulus sup magistrū ꝯ neq seruus sup dominum suū. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius ꝯ & seruus sicut dominus eius.

gr. xc i
Solus. x

SI patrem familias beelzebub uocauerunt ꝯ quanto magis domesticos eius. Ne ergo timueritis eos.

gr. xc ii
gr. xl ii
l. lxxx
gr. xc iii
l. c. xl v

NIHIL enim opertum est quod non reuelabit. & occultum quod non scietur. Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine ꝯ & quod in aure auditis. predicate sup tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corp⁹. animā autē non possunt occidere ꝯ sed potius eū timete. qui potest & aiam & corpus

ꝑdere in gehennam. Nonne duo passeres asseueneunt.
æ unus ex illis non cadet sup terrā sine patre uro:/ Vri
autē æ capilli capitis/ omnes numerati sūt. Nolite ergo
timere/ multis passeribꝰ melioris estis uos. Omnis ergo
qui confitebit̄ me coram hominibꝰ/ confitebor æ ego cum
coram patre meo qui est in cęlis.

Mt. xc iii
Mr. lxxxvi
L. xc vii
I c. xl vi
Mr. xc v
L. c lv

Qui autem negauerit me coram hominibus/ negabo
æ ego cum coram patre meo. qui est in cęlis.

Nolite arbitrari quia uenerim mittere pacē in terrā/
non uenī pacē mittere sed gladiū. Venī enī separare
hominē aduersus patrē suū. æ filiā aduersus matrē suā.
æ nurū aduersus socrū suā/ æ inimici hois domestici ei.

Mt. xc vi
L. c lxxxvii

Qui amat patrē aut matrē plus quam me/ non est me
dignus. Et qui amat filiū aut filiam sup me/ non
est me dignus. Et qui non accipit crucem suam æ
sequitur me/ non est me dignus.

Mr. xc vii
L. cc xvi
ϕ c v

Qui inuenit animā suam/ perdet illam. Et qui ꝑdi
derit animā suam propter me/ inueniet eam.

Mt. xc viii
Mr. xc vi
L. c xv vi
ϕ c xv

Qui recipit uos/ me recipit. Et qui me recipit/ reci
pit eum qui me misit.

Mr. xc viii
Solus x

Qui recipit ꝑphām in nomine ꝑphetę/ mercedem ꝑphę
accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti/
mercedem iusti accipiet.

Mt. c vi
Mr. xc viii

Et quicunq; potum dederit uni ex minimis istis calī
cem aquę frigidę tantum in nomine discipuli/ amē

dico uobis. non perdet mercedem suam.

Et factum est cum consummasset ihesus precipiens discipulis suis. transiit inde ut doceret & predicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes autē cū audisset in monumentis opa xpi. mittens duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui uenturus es. an alium expectamus. Et respondens ihs. ait illis. Euntes renunciate iohanni quę audistis & uidistis. Cęci uident. claudi ambulant. lepsi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. & beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autē abeuntibus cepit ihs dicere de turbas de iohanne. Quid existis in desertum uidere. harundinē uento agitatam. Sed quid existis uidere. Hominē mollibus uestitum. Ecce qui mollibus uestiuntur. in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere. ppheta. Etiam dico uobis & plus quā ppheta. Hic est enim. de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. qui ppparabit uiam tuam ante te. Amen dico uob. non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. Qui autem minor est in regno cęlorum. maior est illo.

Diebus autē iohannis baptistę usq; nunc regnū cęlorum patitur. & uolenti rapiunt illud.

Omnes enim pphę & lex usq; ad iohannē pphetauerunt. & si uultis recipere. ipse est helyas qui uenturus est.

ℳt. c i
Soluſ. v

ℳt. c ii
l. lxviii

ℳt. c iii
ℳr. i
l. lxv

ℳt. c iiii
l. lxvi

ℳt. c v
ℳr. c xc iii

ℳt. c vi
Soluſ x

§ xi cap ii

Qui habet aures audiendi audiat.

Cui aũt̃ similem estimabo generationẽ istam? Simi
lis est pueris sedentib⁹ in foro: qui clamantes coequalib⁹
dicunt. Cecinimꝰ uob: & non saltastis. Lamenta
uimꝰ: & non planxistis. Venit aũt̃ iohannes: neq; manducans neq; bibens. Et dicunt. Demonium habet.
Venit filius hominis manducans & bibens: et dicunt.
ecce homo uorax & potator: uinum publicanoꝝ & peccatoꝝ amicus. & iustificata ẽ sapientia a filiis suis.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatib⁹ in quib⁹ facte sũt pluri
mę uirtutes ei: quia non egissent penitentiã. Ve tibi
corozaim. uę tibi bethsaida: quia si in tyro & sidone
facte essent uirtutes que facte sũt in uob. olim in cilicio
& cinere penitentiã egissent. Verumtamen dico uob:
tyro & sidoni remissius erit in die iudicii. quã uobis.
Et tu capharnaum: numquid usq; in cęlum exalta
beris. usq; in infernum descendes.

Quia si in sodomis facte fuissent uirtutes que facte sũt
in te: forte mansissent usq; in hanc diem. Verũtamen
dico uob: quia terre sodomoꝝ remissius erit in die iudi
cii illo tempore. Respondens ihc ait. Confiteor tibi dñe pat̃ cęli & terrę: qui abscon
disti hec a sapientib⁹ & prudentib⁹. & reuelasti ea par
uulis. Ita pater: quiõ sic fuit placitum ante te.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo.

ỹt. c vii.
l. lxxviii.

ỹt. c viii.
l. c xv.

ỹt. c viiii.
Solvs.

ỹt. c.x
l. c xviii

ỹt. c.xi
l. c xviii.
ϕ c.xl viii
7 x.x.x

ꝯr. c.xii
m
l. c.xviii
ꝑ lxxxvii

ET nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare.

ꝯr. c.xiii.
Solvs

VENITE ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiã uos. TOLLITE iugũ meũ super uos: & discite a me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabꝰ uris. IUGUM enim meum suaue est: & onus meum leue est.

ꝯr. c.xiiii
ii
ꝯr. xxviii
l. xl i

IN illo tempore. ABIERIT sabbato p sata: discipuli autem eius cœperunt uellere spicas & manducare. PHARISEI autem uidentes: dixerunt ei. ECCE discipuli tui faciunt: quod non licet eis facere sabbatis.

XII. Cap. 12

AT ille dixit eis. NON legistis quid fecerit dauid ꝙn do esurit: & qui cum eo erant: quomodo intrauit in domum dei. & panes propositionis comedit: quos non licebat ei edere: neq; his qui cum eo erant: nisi solis sacerdotib.

ꝯr. c.xv
&
Solvs

AUT non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant: & sine crimine sunt. DICO autem uobis: quia templo maior est hic. SI autẽ scissetis quid est mãm uolo & non sacrificiũ: nunquam condemnassetis innocentes. DOMINUS est enim filius hominis: etiam SABBATI.

ꝯr. c.xvi
ii
ꝯr. xxv.
l. xl ii

ET cum inde transisset: uenit in synagogam eoꝝ: et ecce homo manum habens aridam. & interrogabant eum dicentes. SI licet sabbatis curare: ut accusarent eum. IPSE autem dixit illis. QUIS erit ex uobis homo qui habeat ouem unam. & si ceciderit hec

sabbatis sinfoueam. nonne tenebit æleuabit eam? Quan
to magis melior est homo oue. Itaq; licet sabbatis bene fa
cere. Tunc ait homini. Extende manū tuā. Et ex
tendit. Et restituta est sanitati. sicut altera.

Ex euntes autem pharisei: consilium faciebant aduer
sus eum. quomodo eum perderent. Ihe autē sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi. &
curauit eos omnes. Et precepit eis ne manifestū eum fa
cerent: ut adimpleretur quod dictum est per Esaiā pphe
tam dicentē. Ecce puer meus quē elegi: dilectus meus
in quo bene complacuit anime meę. Ponam spm meū
sup eum: & iudicium gentib⁹ nunciabit. Non conten
det neq; clamabit: neq; audiet aliquis in platis uocem
eius. Harundinem quassatam non conteret: & li
nū fumigans non extinguet: donec eiciat ad uictoriā
iudicium. & in nomine eius gentes sperabunt.

Tunc oblatus est ei demonium habens cęcus & mutus: &
curauit eum. ita ut loqueretur & videret.
Et stupebat omnis turbę & dicebat. Numqd hic est fili dd.
Pharisei aut audientes dixerunt. Hic non eicit de
mones nisi in beelzebub principe demoniorum.
Ihe autē sciens cogitationes eor: dixit eis. Omne reg
num diuisum contra se desolabitur: & omnis ciuitas
uel domus diuisa contra se non stabit. Et si satanas
satanan eicit aduersus se diuisus est: quom̄ ergo sta

bit regnum eius. Et si ego in beelzebub eicio demones filii uri in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices uri erunt. Si aut̄ ego in spu dei eicio demones igitur puenit in uos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare i domum fortis & uasa eius diripere nisi prius alligauerit fortem. & tunc domum illius diripiat.

ꝯ. cxxiii
ꝯr. xxxiii
l. cxl vii.

Qui non est mecū. contra me est. & qui non congregat mecū. spargit. Ideo dico uobis. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus. spes autem blasphemię n̄ remittetur. Et quicumq; dixerit uerbum contra filiū hominis remittetur ei. qui aut̄ dixerit contra spm scm. non remittetur ei neq; in hoc sęlo. neq; in futuro.

ꝯr. cxxviii
Solvs

Aut facite arborem bonam. & fructum eius bonū. aut facite arborem malam. & fructum eius malum. Si quidę ex fructu arbor cognoscitur. Progenies uipar̄. quomodo potestis bona loqui. cum sitis mali. Ex habundantia enim cordis os loquitur.

ꝯr. cxxv
l. lv ii

Bonus homo de bono thesauro profert bona. et malus homo de malo thesauro. profert mala.

ꝯr. cxxvi
Solvs

Dico aut̄ uobis. quō omne uerbū ociosum quod locuti fuerint homines. reddent rationem de eo in die iudicii.

ꝯr. cxxvii
l. cxxviii

Ex uerbis enim tuis iustificaberis. & ex uerbis tuis condempnaberis.

ꝯ. cxxviii
l. cxxvii

Tunc respondet̄ ei quida de scribis. & pharisei dicentes. Magist̄. uolum⁹ a te signū uidere. Qui respondens ait illis. Generatio mala & adultera

signum querit/ & signum non dabitur ei nisi signum Io
nę prophetę. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tri
bus diebus & tribus noctibus/ sic erit filius hominis in cor
de terrę tribus diebus & tribus noctib⁹. Viri nineuitę
surgent in iudicio cum generatione ista/ & condempna
bunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione
Ionę. Et ecce plus quam Iona hic. Regina austri surg̃
get in iudicio cum generatione ista. & condempnabit
eam/ quia uenit a finibus terrę audire sapientiā salemo
nis. Et ecce plus quam salemon hic.

ō̄ c xxviii v
l c xxxv

Cum autem immundus spūs exierit ab homine/ ambulat
p loca arida querens requiem & non inuenit. Tunc
dicit. Reuertar in domum meam/ unde exiui. Et
ueniens/ inuenit uacantem scopis mundatā & ornatā.
Tunc uadit & assumit septem alios spūs secum nequio
res se/ & intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima
hominis illius/ peiora prioribus. Sic erit & generatiō
ōr. c xxxv
ōn: c xxxv v
l. lxxxvii

Adhuc eo loquente ad turbas/ ecce mater eius & fratres stabant foris querentes
loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua &
fratres tui foris stant/ querentes te. At ipse respon
dens dicenti sibi ait. Quę est mater mea/ et qui sunt
fr̄es mei/ Et extendens manum in discipulos suos dix̄.
Ecce mater mea & fratres mei. Quicumq; enim fece
rit uoluntatem patris mei qui in cęlis est/ ipse meus &

fratr' & soror & mater e s t.

CXIII Mr. c.xxxvi
ii
Mr. xxxv vi
L. lxv vi

In illo die. Exiens ihc de domo sedebat secus mare.
Et congregate sunt ad eum turbe multe ita ut in nauiculam ascendens doceret. Et omnis turba stabat in
more. Et locutus est eis multa in parabolis dicens.
Ece exiit qui seminat seminare. Et dum seminat quedam ceciderunt secus uiam. Et uenerunt uolucres & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa. ubi non habebat terram multam. Et continuo exorta
sunt. quia non habebant altitudinem terre. Sole autem orto estuauerunt. & quia non habebant radicem
aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas. & creuerunt spine. & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam. & dabant fructum. aliud centesimum. aliud sexagesimum. aliud tricesimum. Qui habet aures
audiendi audiat. Et accedentes discipuli. dixerunt ei.
Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens
ait illis. Quia uobis datum est nosse mysteria regni celorum. illis autem non est datum.

Mr. c.xxxvii
v
L. lxxxv i
Qui enim habet. dabitur ei & habundabit. Qui autem non habet. & quod habet auferetur ab eo.

Mr. c.xxxviii
i
Mr. xxxv vi
L. lxv vii
Io. c viii.
Ideo in parabolis loquor eis. quia uidentes non uident. & audientes non audiunt. neq; intelligunt. & adimpletur eis ppheta esaie dicens. Auditu audietis. & non intelligetis. Et uidentes uidebitis. & non uidebitis.

Cap. 13.

Incrassatum est enim cor populi huius. & auribꝰ gra
uiter audierunt. & oculos suos clauserunt. ne quando
oculis uideant. & auribꝰ audiant. & conuertantur. & sa
Vñi autē beati oculi qui uident. & ſ nem eoſ.
T ℔ c.xxxviii
L. c.xv
auris uestras quia audiunt. Amen quippe dico uobis.
quia multi pphetę & iusti cupierunt uidere quę uidetis. & non uiderunt. & audire quę auditis & non audierunt.
Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui au
T ℔ c.xxxv
ℑ
℔ r.xxv viii
L. lxv viii
dit uerbum regni & non intellegit. uenit malus & ra
pit quod seminatum est in corde eius. hic est qui secus uiam seminatus est. Qui autē supra petrosa seminatus
est. hic est qui uerbum audit & continuo cum gaudio
accipit illud. non habet autem in se radicem sed est tem
poralis. facta autem tribulatione & persecutione pptꝛ
uerbum continuo scandalizatur. Qui autē est semi
natus in spinis. hic est qui uerbum audit. & sollicitudo
seculi istius. & fallacia diuitiarum suffocat uerbum. &
sine fructu efficit. Qui uero in terram bonam semina
tus est. hic est qui audit uerbum & intellegit. & fruc
tum affert. & facit aliud quidem centesimum. aliud
autē sexagesimum. aliud uero tricesimum.
Aliam parabolam pposuit illis dicens. Simile factꝰ
T ℔ c.xxxvi
Soluſ. x
est regnum cęlorum homini qui seminauit bonum
semen in agro suo. Cum autem dormirent homines
uenit inimicus eius & superseminauit zizania inme

dio tritici & abiit. Cum autem creuisset herba & fruc
tum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes
autem serui patrisfamilias: dixerunt ei. Domine: non
ne bonū semen seminasti in agro tuo. unde ergo habet zi
zania: Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui
aut̄ dixerunt ei. Vis imus & colligimus ea: Et ait. n̄.
Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis &
triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad messem: & in
tempore messis dicam messoribꝰ. Colligite primū zizā
nia. & alligate ea fasciculis ad comburendū: triticum
autem congregate in horreum meum.

ꝯ c xxxvii
ꝯr. xl iiii
l. c lv vii

Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile est regnū cęlorū grano sinapis: quod accipiens homo semina
uit in agro suo. quod minimū quidē est omnibꝰ seminibꝰ.
cū aut̄ creuerit: maius est omnibꝰ holeribꝰ. & fit arbor: ita
ut uolucres cęli ueniant: & habitent in ramis eius.

ꝯ c xxxviii
l. c lx viii

Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cęlorū fermento. quod acceptū mulier abscondit in farinę sati
tribus: donec fermentatū est totū.

ꝯr c xxxviii
ꝯ ar. lx vi

Hęc omnia locutꝰ est ihc in parabolis ad turbas: & sine pa
rabolis non loquebatur eis. ut impleretur quod dictū
erat p prophetā dicentē. Aperiam in parabolis os meū:
eructuabo abscondita a constitutione mundi.

ꝯr. c xl
Solvs

Tunc dimissis turbis uenit in domū: & accesserunt ad
eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolā

zizaniorum agri. Qui respondens ait: Qui seminat bo
num semen est filius hominis. ager autem est mundus. bonum uero
semen. hi sunt filii regni. zizania autem sunt filii nequam. inimicus autem
qui seminauit ea. est diabolus. messis uero consummatio se
culi est. messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania
et igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi.
Mittet filius hominis angelos suos. et colligent de regno
eius omnia scandala. et eos qui faciunt iniquitatem: et mit
tent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris
eorum. Qui habet aures audiendi audiat.
Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem
qui inuenit homo abscondit. et pregaudio illius uadit.
et uendit uniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum
simile est regnum celorum homini negotiatori: querenti bonas
margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita:
abiit et uendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum
simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni gene
re piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes.
et secus litus sedentes: elegerunt bonos in uasa. malos
autem foras miserunt. Sic erit in consummatione se
culi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio
iustorum. et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus
et stridor dentium. Intellexistis hec omnia: Dicunt
ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in

regno celoꝝ. similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo. noua & uetera. Et factum ē cū con
summasset ihs parabolas istas. transiit inde.
Et uenit in patriā suā. docebat eos in synagogis eoꝝ. ita ut
mirarent & dicerent. Vnde huic sapientia hec & uirtu
tes. nonne hic ē fabri filius. nonne mater eius dicit maria.
& fratres eius iacobus & ioseph. & simon. & iudas. & sorores
eius. nonne omnes apud nos sunt. Vnde ergo huic
omnia ista. Et scandalizabantur in eo.
Ihc autē dixit eis. Non est ppheta sine honore. nisi in
patria sua & in domo sua. Et non fecit ibi uirtutes
multas. propter incredulitatem illorum.
In illo tempore. Audiit herodes tetrarcha famam
ihu. & ait pueris suis. Hic ē iohs baptista. ipse surrexit
a mortuis. & ideo uirtutes operantur in eo.
Herodes enim tenuit iohannē. & alligauit eū & posuit
in carcere. ppter herodiadē uxorē fratris sui. Dicebat
enī illi iohannes. Non licet tibi habere eam. Et uo
lens illū occidere. timuit populū quia sicut ppheta
eum habebant. Die autē natalis herodis saltauit
filia herodiadis in medio. & placuit herodi. Vnde eū
iuramento pollicit est ei dare. quod cumq; postulas
set abeo. Ata illa premonita a matre sua. da mihi
inquit hic in disco caput iohannis baptiste. Et con
tristatus est rex. Propter iuramentū autē et eos q

oꝛt c.xl.i
oꝛ. l. i l
l. .v viiii
io. l. viiii

oꝛ. c.xl.ii
oꝛ. l. i
l. xxv i
io. xxxvii

ꝯ c.xl.iii
oꝛ. l. vii
l. xc

oꝛ c.xl.iiii
oꝛ l. viii
l. xii

CXIIII. Capꝰ xcv

partter recumbebant uulsit dari⁊ misitq; & decollauit
iohm in carcere. & allatū est capit ei⁹ in disco. & dat̄ū est pu
elle. & tulit matri sue. ℭ t accedentes discipuli ei⁹ tulez
corpus & sepelierunt illud⁊ & uenientes nunciauer⁹ ihu.

ogr c xl vi
l. xc iii
lo xl vii

Q vod cū audisset ihs⁊ secessit inde in nauicula in locū de
sertū seorsū. ℭ t cū audissent turbe secute sūt eum pedes
tres de ciuitatib⁹. ℭ t exiens uidit turbam multam⁊ & mi
sertus est eis⁊ & curauit languidos eorum.

ogr c xl vii
ogr lx iiii
l xc iii
lo. xl viii

V espe autē facto⁊ accesserunt ad eū discipuli ei⁹ dicentes.
D esertus est locus⁊ & hora iam preterit. D imitte
turbas⁊ ut euntes in castella emant sibi escas. I hc au
tē dixit eis. N on habent necesse ire⁊ dat̄ illis uos man
ducare. R esponderunt ei. N on habemus hic nisi
quinq; panes⁊ & duos pisces. Q ui ait eis. A fferte il
los mihi huc. ℭ t cū iussisset turba discumbere super
fenū⁊ acceptis quinq; panib⁹ & duob⁹ piscibus. aspiciens
in cel̄m. benedixit & fregit. & dedit discipulis panes. dis
cipuli aut̄ turbis. ℭ t manducauerunt om̄s⁊ & sa
turati sūt. ℭ t tulerunt reliquias⁊ duodecim cophi
nos fragmentor̄ plenos. Q manducantiū aut̄ fuit
numerus quinq; milia uiror̄⁊ exceptis mulieribus & par
uulis.

ogr. c xl viii
ogr lx vi

ℭ t statim uulsit discipulos ascendere in ſ naui.

ogr. c xl viii
ogr lx ii
l. xl iii
& xxv v

naucula. & p̄cedere eū transfretū⁊ donec dimitteret t
ℭ t dimissa turba⁊ ascendit in montē ſ bas.
solus o R a R e.

Vespe autē facto: soluserat ibi. Nauicula autē in medio
mari iactabat̄ fluctibus. Erat enim contrarius ei.
Quarta autē uigilia noctis uenit ad eos: ambulans su
pra mare. Et uidentes eum supra mare ambulantem:
turbati sunt dicentes. Quia phantasma est. Et
pre timore clamauerunt. Statimq; locutus est eis: ihc
dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere.
Respondens autem petrus dixit. Domine: si tu es: iube
me uenire ad te super aquas. At ipse ait. Veni.
Et descendens petrus de nauicula ambulabat super
aquam: ut ueniret ad ihm. Videns uero uentum ua
lidum timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicēs.
Domine saluum me fac. Et continuo ihs extendens
manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei:
quare dubitasti.

Et cum ascendissent in nauiculam: cessauit uentus.
Qui autem in nauicula erant: uenerunt et adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es.

Et cum transfretassent: uenerunt in terram gennesar.
Et cum cognouissent eum uiri loci illius: miserunt in
uniuersam regionem illam. et optulerunt ei omnes ma
le habentes. Et rogabant eum: ut uel fimbriam ues
timenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerunt
salui facti sunt.

XV Tunc accesserunt ad eum ab hierosolimis scribe et phari

Cap. 15.

mr. c l.
mr lv viii.
lo. l i

mr. c l i
Solus.

mr c l ii
mr l viii

mr c l iii
mr lx viii
l. xxxvi

mr. c l iii
mr lxvi

ſeruicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur
traditionem ſenioru? Non enim lauant manus
ſuas cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens
ait illis. Quare & uos tranſgredimini mandatum di
propter traditionem uram? Nam deus dixit. Ho
nora patrem & matrem: & qui maledixerit patri uel ma
tri. morte moriatur. Vos autem dicitis: qui cumq; dix
erit patri uel matri munus quodcumq; eſt ex me tibi
proderit. & non honorificauit patrem ſuum aut ma
trem ſuam. & irritum feciſtis mandatum dei propter tra
ditionem uram. hypocritæ. bene prophetauit de uobis
eſaias dicens. Populus hic labiis me honorat: cor autem
eorum longe eſt a me. Sine cauſa autem colunt me:
docentes doctrinas mandata hominum. Et conuo
cans ad ſe turbas: dixit eis. Audite & intelligite.
Non quod intrat os coinquinat hominem: ſed quod
procedit ex ore. hoc coinquinat hominem.

or. c l v
Soluſ

Tunc accedentes diſcipuli eius: dixerunt ei. Scis qua
phariſei audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt. At
ille reſpondens ait. Omnis plantatio quam non
plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur.

or c l vi
l. l. vii

Sinite illos: ceci ſunt duces cecorum. Cecus autem ſi ceco
ducatum prestet: ambo in foueam cadunt.

or c l vii
or lxxvii

Respondens autem petrus: dixit ei. Ediſſere nobis
parabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc & uos

ſine intellectu eſtis. Non intelligitis quia omne
quod in os intrat in uentrem uadit. & in ſeceſſum emit
titur: que autem procedunt de ore. de corde exeunt. & ea
coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogi
tationes male. homicidia. adulteria. fornicationes. fur
ta. falſa teſtimonia. blaſphemie. hec ſunt que coinqui
nant hominem. Non lotis autem manibus manducare. non coinquinat hominem. Et egreſſus inde
ihs. ſeceſſit in partes tyri & ſydonis. Et ecce mulier
chananea a finibus illis egreſſa. clamauit dicens ei.
Miſerere mei domine fili dauid. filia mea male a dae
monio uexatur. Qui non reſpondit ei uerbu. Et
accedentes diſcipuli eius rogabant eum dicentes.
Dimitte eam. quia clamat poſt nos.

or c l. viii
or. cc.xxvi

Ipſe autem reſpondens ait. Non ſum miſſus. niſi ad
oues que perierunt domus iſrahel.

or c l viiii
or lxxviii

At illa uenit. & adorauit eum dicens. Domine. adiu
ua me. Qui reſpondens ait. Non eſt bonum ſu
mere panem filiorum. & mittere canibus. At illa
dixit. Etiam domine. Nam & catelli edunt de
micis. que cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc
reſpondens ihc. ait illi. O mulier. magna eſt fides
tua. fiat tibi ſicut uis. Et ſanata eſt filia eius. ex

or c l.x
or lxxvi

illa hora. Et cum tranſiſſet unde ihc. uenit
ſecus mare galilee. Et aſcendens in montem. ſede

bat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos cecos claudos debiles et alios multos et ieecerunt eos ad pedes eius et curauit eos. ita ut turbe mirarentur videntes mutos loquentes claudos ambulantes cecos videntes. et magnificabant deum israhel.

XVI. Ihs autem conuocatis discipulis suis dixit. Misereor turbe quia triduo iam perseuerant mecum et non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli. Vnde ergo nobis in deserto panes tantos ut saturemus turbam tantam. Et ait illis ihs. Quot panes habetis. At illi dixerunt. Septem. et paucos pisciculos. Et precepit turbe ut discumberent super terram. Et accipiens septem panes et pisces et gratias agens fregit. et dedit discipulis suis et discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes et saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt septem sportas plenas. Et erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum exceptis paruulis et mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam. et uenit in fines magedan.

Cap^m 16^m

ỹr. c lxi
ỹr. hxvii
to. xxxviii
et i m.

Et accesserunt ad eum pharisei et saducei temptantes et rogauerunt eum ut signum de celo ostenderet eis.

or clxii
l. clxi

At ille respondens ait eis. Facto uespere dicitis serenum erit rubicundum est enim celum. & mane hodie tempestas rutilat enum triste celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis signa autem temporum non potestis.

or clxiii
or lxxviii

Generatio mala & adultera signum querit. & signū non dabitur ei nisi signum ionę. Et relictis illis abiit. Et cum uenissent discipuli eius trans fretum. obliti sunt panes accipere.

or clxiiii
or lxxviii
l. cxliii.

Qui dixit illis. Intuemini & cauete a fermento pharisęorum & saduceorum.

or clxv
or lxxvi

At illi cogitabant inter se dicentes. Quia panes non accepimus. Sciens autem ihc dixit. Quid cogitatis inter uos modice fidei. quia panes non habetis. Nondum intellegitis. neq; recordamini quinq; panum. & quinq; milia hominum. & quod cofinos sumpsistis. Neq; septem panum & quatuor milia hominum. & quod sportas sumpsistis. Quare non intellegitis quia non de pane dixi uobis. Cauete a fermento pharisęoꝝ & saduceoꝝ. Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum a fermento panum. sed a doctrina pharisęorum & saduceorum.

or clxvi
or lxxvii
l. xc iiii.
to lxxviii

Venit autem ihc in partes cesaree philippi. & interrogauit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filiū hominis.

At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam. alii autem helyam. alii uero hieremiā / aut unū ex prophetis. Dicit illis ihc. Vos autem quē me esse dicitis / Respondens symon petrus dixit. Tu es xpc filius dei uiui.

Tō c lxvii Solus x

Respondens autem ihc dixit ei. Beatus es symon bariona / quia caro & sanguis non reuelauit tibi. sed pat̄ meus qui in cęlis est. Et ego dico tibi / quia tu es petrus. & super hanc petram edificabo ęcclesiam meā. & portę inferi non preualebunt aduersus eam. & tibi dabo claues regni cęlorum. Et quod cumq; ligaueris super terram. erit ligatum in cęlis / & quod cumq; solueris super terram. erit solutum in cęlis.

Tō c lxviii Or lxxviii 2. xc v

Tunc precepit discipulis suis / ut nemini dicerent quia ipse esset ihc xpc. Ex inde cepit ihc ostendere discipulis suis quia oporteret eum ire hierosolimam / & multa pati a senioribus & scribis & principibus sacerdotum. & occidi. & tercia die resurgere.

Tō c lxviii Or lxxvi

Et adsumens eum petrus / cepit increpare illum dicēs. Absit a te domine / non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit petro. Vade post me satana / scandalū es mihi. quia non sapis ea quę dei sunt. sed ea quę hominum.

Tō c lxxv Or lxxv 2. xc vi

Tunc ihs dixit discipulis suis. Si quis ꝑ mmū. uult post me uenire / abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim uoluerit

anmam suam saluam facere/ perdet illam. Qui
autē pdiderit anmā suā ppter me/ inuenet eam.
Quid enī pdest homo si mundum uniuersum lu
cret. anmę uero suę detrimentū paciatur/ Aut
quam dabit homo commutationē pro anma sua/
Filius enī hominis uenturus est in gla patris sui cū ange
lis suis/ et tunc reddet unicuiq; secdm ope ra eius.
Amen dico uobis/ sunt quida de hic stantib' qui non gusta
bunt mortē donec uideant filiū hominis uenientē
in regno suo. Et post dies sex/ assumpsit ihc petrū et iacobū. et iohm fratrē eius/ et duxit illos
in montē excelsum seorsum/ et transfiguratus est ante
eos. Et resplenduit facies eius sicut sol/ uestimenta
autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparu
erunt illis moyses et helyas/ cū eo loquentes. Respon
dens autē petrus/ dixit ad ihm. Domine/ bonum est
nos hic esse. Si uis faciamus hic tria tabernacu
la/ tibi unum. et moysi unum. et helye unum. Adhuc eo loquente/ ecce nubes lucida obumbrauit
eos. Et ecce uox de nube dicens. Hic est filius
meus dilectus/ in quo mihi bene complacui. ipsum
audite. Et audientes discipuli/ ceciderunt in fa
ciem suam. et timuerunt valde. Et accessit ihc
et tetigit eos/ dixitq; eis. Surgite/ et nolite time
re. Leuantes autē oculos suos/ neminē uiderunt

T ℣ c lxvi
Solus

T ℣ c lxvii
℣r lxxxvii
2. xc vii

§ XVII.

Cap. XVII.

nisi solum ihm. Et descendentibus illis de monte/
precepit ihc dicens. Nemini dixerit visionē/ do
nec filius hominis a mortuis resurgat.

Tō clxxviii
or lxxxviii. Et interrogauer̄ eū discipuli dicentes. Quid ergo
scribe dicunt quod helyam oporteat primum uenī
re/ At ille respondens/ait eis. Helyas quidem
uenturus est/ & restituet omnia. Dico autē uob/
quia helyas iam uenit & non cognouerunt eū. sed fe
cerunt in eo quecumq; uoluerunt. Sic & filius
hominis/ passurus est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli/ quia de iohanne baptista dixisset eis.

Tō clxxviii
or xci
l. xc viii Et cum uenisset ad turbam/ accessit ad eum homo ge
nib⁹ prouolutus ante eum dicens. Domine/ miserere
filio meo/ quia lunaticus est & male patitur/ Nam
sepe cadit in ignem/ & crebro in aquam. Et to/ tuli
eum discipulis tuis/ & non potuerunt curare eum.
Respondens ihc ait. O generatio incredula &
peruersa/ quo usq; ero uobiscum/ usq; quo patiar
uos/ Afferte huc illum ad me. Et increpauit
illum ihs/ & exiit a eo demoniū. & curatus est pu

Tō clxxv
l. cc. Tunc accesserunt discipuli ad ihm̄ secreto/ & dixerunt. Quare nos non
potuimus eicere illum/ Dicit illis. Propter
incredulitatē uram̄. Amen quippe dico uobis/
si habueritis fidem sicut granum sinapis. dicetis

er ex illa hora.

mom̄i huic. tranſi hinc & tranſibit. & nichil impoſ
ſibile erit uobiſ. Hoc autē genus non ejcitur. ni
ſi per oationem & ieunium.

ꝟ ꝯ cluxvi
ꝯr .xc ii
l. c i

Conuerſantibuſ autē eis in galilea. dixit illis ieſuſ.
Filius hominis tradendus eſt in manus hominum
& occident eum. et tercia die reſurget. Et contriſ
tati ſunt uehementer.

ꝯr c lxxvii
Soluſ. x

Et cū uenissent capharnaum. accesserunt qui didrag
ma accipiebant ad petrum. & dixerunt ei. Magiſ
ter uester non soluit didragma. Aut. Et tam.
Et cum intrasset in domum. preuenit eū ihc dicēs.
Quid tibi uidetur symon. reges terrę a quibuſ ac
cipiunt tributum uel censum. a filiis ſuis. an ab alie
nis. Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ihs.
Ergo liberi sunt filii. Ut autē non scandalizem
eos. uade ad mare & mitte hamum. & eum piscem qui
primus ascenderit tolle. & aperto ore eius inuenies
statirem. illum sumens. da eis pro me & te.

LXVIII
ꝯ c lxxviii
dlr .xc v
l. c ii

In illa hora accesserunt discipuli ad ihm dicentes. Capm 18
Quis putas maior est in regno cęlorum. Et ad
uocans ihc paruulum. statuit eum in medio eorum.
& dixit. Amen dico uobiſ. niſi conuersi fueritis. &
efficiamini sicut paruuli. non intrabitis in regnum
cęlorum. Qui cumq; ergo humiliauerit se. sicut
paruulus iste. hic est maior. in regno cęlorum.

Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine
Mt c lxx viii
Mr. xl viii
L. c.xc vii
Qui autem scandalizaverit meo. me susceperit.
unū de pusillis istis qui in me credunt. expedit ei ut
suspendat mola asinaria in collo eius. & demergatur
in pfundum maris. Ve mundo a scandalis. Necesse
est enim. ut veniant scandala. Verumtamen ve
homini. p quem scandalum venit.
Mt c lxxv
Mr. cl
Si autē manus tua vel pes tuus scandalizat te. abscide
eum & proice abste. Bonum tibi est aduttam ingredi
debilem vel claudum. quas duas manus vel duos pedes
habentem mitti in ignem ęternum. Et si oculus tu
us scandalizat te. erue eum. & proice abste. Bonum
bi est unum oculum habentem in vitam intrare.
quā duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.
Mt c lxxvi
Soluc. v
Videte ne contempnatis unum ex his pusillis. Dico
enim vob. quia angeli eor in celis semp vident faciem
patris mei qui in celis est. Venit enim filius hom
nis salvare quod perierat.
Mt c lxxvii
Mt c lxxvii
Quid vobis videtur si fuerint alicui centum oves. &
erraverit una ex eis. nonne relinquet nonaginta
novem in montibus. & vadit querere eam que erra
vit. Et si contigerit ut inveniat eam. amen dico
vobis. quia gaudet super eam magis quam supra
nonaginta novem que non erravernt. Sic n̄
est voluntas ante patrem ur̄ in qui in celis est. ut

pereat unus de pusillis istis.

¶ cl.xxxvm
L. exe viii

Si autem peccauerit in te frater tuus: uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit: lucra tus eris fratrem tuum.

¶ cl.xxxvm
Soluſ. v

Si autem non te audierit: adhibe tecum adhuc unū uel duos: ut in ore duoꝝ testium uel trium stet oīe uerbum. Quod si non audierit eos: die ecclię. Si autem eccliam nō audierit: sit tibi sicut ethnicus: &

¶ cl.xxxv
lo cc.xv vii

Amen dico uobis: quęcunq; alligaueritis sup terram. erunt ligata & in ęlo. Et quodcunq; solueritis super terram. erunt so

¶ cl.xxxvi
Soluſ. x

lita & in ęlo. Iterum dico uobis: quia si duo ex uob consenserint sup terram de omni re quācunq; petierint: fiet illis a patre meo qui in ęlis est. Ubi

¶ cl.xxxvii
L. exe viii

cunq; sunt duo uel tres congregati in nomine meo. ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum dixit: Domine: quoties peccabit in me frat meus: & dimittā ei usq; septies? Dicit illi ihs. Non dico tibi usq; septies. sed usq; septuagies septies.

¶ cl.xxxviii
Soluſ. x

Ideo assimilatū est regnum ęlorum homini regi: qui uo luit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationē ponere: oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum aut̄ non haberet un de redderet: iussit eum dominus uendi. & uxo rem eius & filios. & omnia quę habebat & reddi.

Procidens autem seruus ille orabat eum dicens. Pa
tientiam habe in me & omnia reddam tibi. Miser tus au
tem dominus serui illius dimisit eum & debitum dimi
sit ei. Egressus autem seruus ille inuenit unum de
conseruis suis qui debebat ei centum denarios. Et t
tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes.
Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens. Pa
tientiam habe in me & omnia reddam tibi. Ille au
tem noluit sed abiit & misit eum in carcerem donec
redderet debitum. Videntes autem conserui eius
que fiebant contristati sunt ualde. Et uenerunt
& narrauerunt domino suo omnia que facta fuerant.
Tunc uocauit illum dominus suus & ait illi. Ser
ue nequam omne debitum dimisi tibi quo rogasti
me. non ergo oportuit & te misereri conserui tui sic
& ego tui misertus sum. Et iratus dominus eius
tradidit eum tortoribus quoadusq; redderet uni
uersum debitum. Sic & pater meus celestis faciet
uobis si non remiserit unusquisq; fratri suo de cor

cap. 19

Et factum est cum consummasset Mat. c. lxxxviii Mr. c. l ii dibus iste ih̄s
sermones istos migrauit a galilea & uenit in fi
nes uidelicet transiordanen. & secute sunt eum turbe
multe & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum
pharisei temptantes eum & dicentes. Si licet ho
mini dimittere uxorem suam quacumq; ex causa

Qui respondens ait eis. Non legistis quia qui fecit
ab initio. masculum & feminam fecit eos? Et dixit.
Propter hoc dimittet homo patrem & matrem. &
adherebit uxori sue? erunt duo in carne una.
Itaq; iam non sunt duo? sed una caro. Quod ergo
ds conunxit? homo non separet. Dicunt illi.
Quid ergo moyses mandauit dari libellum repu
dii. & dimittere? Ait illis. Quoniam moyses ad
duriciam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores
uestras. ab initio autem non fuit sic.

ogr c.xc
ogr c v
l. c.xc v

Dico autem uobis? quia qui cumq; dimiserit uxorem suam
nisi ob fornicationem. & aliam duxerit. mechatur.
Et qui dimissam duxerit. mechatur.

Mr c.xc i
Soluf.x

Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis
cum uxore? non expedit nubere. Qui dixit.
Non omnes capiunt uerbum istud? sed quibus
datum est. Sunt enim eunuchi? qui de matris
utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi? qui facti sunt
ab hominib?. Et sunt eunuchi? qui seipsos castra
uerunt propter regnum celoy. Qui potest capere

ogr c.xc ii
ogr c vi
l. cc.xvi

Tunc oblati sunt ei paruuli? ut manus ei capiat.
et imponeret. & oraret. Discipuli autem increpa
bant eos. Ihe uero ait eis. Sinite paruulos? &
nolite eos prohibere ad me uenire. Talium est enim
regnum celoy. Et cum imposuisset manus? abiit inde.

Tꝫ e.xc iii
Qꝫ c vii
L. c.xx iii
7 cc.xviii

Ecce accedens ait illi. Magister bone: quid bo
num faciam ut habeam uitam ęternam: Qui dixit ei.
Quid me interrogas de bono: unus est bonus deus.
Si autem uis ad uitam ingredi: serua mandata.
Dicit illi. Quę: Ihs autem dixit. Non homici
dium facies: non adulterabis: non facies furtum. nō
falsum testimonium dices. Honora patrem & ma
trem: & diliges pximum tuum sicut teipsum. Di
cit ei adolescens. Omnia hęc custodiui. Quid adhuc

Mr c.xc iii
Mr c viii
L. cc.xviii
7 c l ii

A illi ihc. Si uis pfectus esse: uade uende quę habes: & da pauperibus: & habebis
thesaurū in cęlo. Et ueni sequere me.

Mr c.xc v
Mr c viii
L. cc.xx

Cum audisset autem adolescens uerbum: abiit tristis.
Erat enim habens multas possessiones. Ihc autē
dixit discipulis suis. Amen dico uobis: quia diues
difficile intrabit in regnum cęlorū. Et iterum di
co uobis. Facilius est camelum p foramen acus
transire: quam diuitem intrare in regnum cęlorū.
Audientes autem hi discipuli: mirabantur ualde dicen
tes. Quis ergo potest saluus esse: Aspiciens au
tem ihs dixit illis. Apud homines hoc impossibile
est. apud deū autem omnia possibilia sunt. Tunc
respondens petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus

Qr c.xc vi
Soluf: x

omnia: & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis:
Ihs autem dixit illis. Amen dico uobis: quod uos

qui secum etiſime. in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę.

Mr e.xc vii
L ce lxxvii

Sedebitis & uos super sedes duodecim. iudicantes duo decim tribus israhel.

Mr e.xc viii
Or e.x
L. ec.xv i

Et omnis qui reliquit domũ uel fratres. aut sorores. aut patrẽ. aut matrẽ. aut uxorẽ. aut filios. aut agros. ppt nomẽ meũ. centuplũ accipiet. & uitã ętnam possidebit.

Mr e.xc viii
Mr e.xi
L. e lxxiii
Or ec.
Solus x

Multi autẽ erunt primi nouissimi. & nouissimi primi. Simile est regnum cęlorũ homini patrifamilias. qui exiit primo mane conducere oparios in uineã suam. Conuentione autem facta cum opariis ex denario diurno. misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam. uidit alios stantes in foro otiosos. & illis dixit. Ite & uos in uineam. & quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam. & fecit similiter. Circa undecimam uero exiit. & inuenit alios stantes. & dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi. Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & uos in uineã. Cum sero autẽ factum esset. dicit dominus uineę pecuratori suo. Voca oparios. & redde illis mercedẽ. incipiens a nouissimis usq; ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant. accepe runt singulos denarios. Uenientes autem &

Matt. xx.

Cap. 20

primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Ac
ceperunt autē & ipsi singulos denarios. Et accipien
tes murmurabant aduersus patremfamilias dicen
tes. Hi nouissimi una hora fecerunt & pares illos
nobis fecisti qui portauimus pondus diei & estus.
At ille respondens unum eorum dixit. Amice non fa
cio tibi iniuriā. Nonne ex denario conuenisti me
cum. Tolle quod tuum est & uade. Volo autem
& huic dare nouissimo sicut & tibi. Aut non licet
mihi quod uolo facere. An oculus tuus nequā est
quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi
& primi nouissimi. Multi enim sunt uocati pauci
Mat. cc i
ii
Mr cc.vi
L. cc.xx ii
Et ascendens ihe hierosolimam. Suscē electi.
assumpsit duodecim discipulos secreto & ait illis.
Ecce ascendimus hierosolimam & filius hominis
tradetur principibus sacerdotum & scribis. & con
demnabunt eum morte. Et tradent eum gen
tibus ad deludendum. & flagellandum. & crucifi
gendum. & tertia die resurget.
Mr cc ii
vi
Mr c.viii
Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filis
suis adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei.
Quid uis. Ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii
mei unus ad dexteram tuam. & unus ad sinistram
in regno tuo. Respondens autem ihe dixit. Nes
citis quid petatis. Potestis bibere calicem quem

ego bibitur ussum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis? sedere autem ad dexteram meam & sinistram non est meum dare uobis: sed quibus paratum est a patre meo.

dlr ce ui dlr c.xiiii 2. cc lxx

Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Ihc autem uocauit eos ad se. & ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. & qui maiores sunt potestatem exercent in eos? Non ita erit inter uos. Sed quicumq; uoluerit inter uos maior fieri: sit uester minister: Et qui uoluerit inter uos primus esse: erit uester seruus:

dlr cc iiii dlr c.xv io.x.e.i. Je.xxxv.v

Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare: & dare animam suam redemptionem pro multis.

dlr cc v dlr c.xvi l. cc.xx iiii

Et egredientibus illis ab hiericho: secuta est eum turba multa. Et ecce duo cęci sedentes secus uiam: audierunt quia ihs transiret. & clamauerunt dicentes. Dne miserere nri: fili dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent: at illi magis clamabant dicentes. Domine miserere nri: fili dauid. Et stetit ihs: & uocauit eos. & ait. Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi. Domine: ut aperiant oculi nri. Misertus autem eorum ihs: tetigit oculos eorum. & confestim uiderunt: & secuti sunt eum.

dlr cc vi dlr c.xvii l. cc.xxv ii

Et cum adpropinquassent hierosolimis. & uenissent bethfage ad montem oliueti: tunc ihs misit duos

Mat. xxi. Ca. xxi.

discipulos. dicens eis. Intte castellum quod contra
uos est: & statim inuenietis asinam alligatam. &
pullum cum ea. solute & adducite mihi. Et si q̄s
uob aliquid dixerit: dicite quia dominus his opus
habet. & confestim dimittet eos.

Mt. cc vii
Lo. c vii

Hoc autem factum est: ut adimpleret quod dictum
est p̄ prophām dicentem. Dicite filie sion: ecce
rex tuus uenit tibi mansuetus. & sedens super asi
nam & pullum filium subiugalis.

Mt cc viii
Mr cxviii
L. ccxxxviii

Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precepit il
lis ihs. Et adduxerunt asinam & pullum: & im
posuerunt sup eos uestimenta sua. & eum desuper
sedere fecerunt. Plurima autem turba: stra uc
runt uestimenta sua in uia. Alii autem cede
bant ramos de arboribus: & sternebant in uia.

Mt cc viii
Mr cxviii
L. ccxxviii
Io. c.

Turbe autem que precedebant & que sequebant:
clamabant dicentes. O sanna filio dauid: bene
dictus qui uenit in nomine dñi. osanna in altis si

Mt cc x
Soluf. x

Et cum intrasset hierosolimā: commota
est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic: Po
puli autem dicebant. Hic est ihc̄ ppha a naza

Mt cc xi
Mr cxvi
L. cc xxviii
Io. xvi

reth galilee. Et intrauit ihc̄ in templu
dī: & eiciebat omnes uendentes & ementes in tem
plo. & mensas nummolariorū. & cathedras uenden
tium columbas euertit. & dicit eis. Scriptum

est domus mea domus orationis uocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

Mr cc.xii Solus.x

Et accesserunt ad eum cęci & claudi in templo & sanauit eos.

Videntes autem principes sacerdotum & scribę mirabilia quę fecit & pueros clamantes in templo & dicentes. osanna filio dauid. indignati sunt. & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt. Ihe autem dicit eis. Utiq; numquam legistis quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem.

Mr cc.xiii Mr c.xv VI

Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniã. ibiq; mansit. Mane autem reuertens in ciuitatẽ esuriit. Et uidens ficu arborem unam secus uiam. uenit ad eam. & nichil inuenit in ea nisi folia tantum. & ait illi. Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et aruit continuo ficulnea. Et uidentes discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit.

Mr cc.xv VI Mr c.xviii

Respondens autem ihc. ait eis. Amen dico uobis. si habuerritis fidem & non hesitauerritis. non solum de ficulnea facietis. sed & si monti huic dixerritis. tolle & iacta te in mare. fiet.

T Mr cc.xvi Mr c.xv IIII lo. c i. ye .xv viii

Et omnia quęcumq; petieritis in oratione credentes accipietis.

Mr cc.xvii Mr c.xv vii 2 cc.xl

Et cum uenisset in templum. accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum. & seniores populi dicentes.

In qua potestate hęc facis: & quis tibi dedit hanc po
testatem: Respondens ihc dixit eis. Interroga
bo uos & ego unum sermonem. Quem si dixeritis
mihi: & ego uobis dicam. in qua potestate hęc facio.
Baptismum iohannis unde erat. ecclo an ex hommi
bus: At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixe
rimus ecclo: dicet nobis. Quare ergo non credidis
tis illi: Si autem dixerimus ex hominibus: time
mus turbam. Omnes enim habent iohannem si
cut prophetam. Et respondentes ihu dixerunt.
Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico uobis. in
qua potestate hęc facio.

Et ccxviii Solus x

Quid autem uobis uidetur: Homo quidam habebat
duos filios: & accedens ad primum dixit. Fili ua
de hodie operare in uinea mea. Ille autem respon
dens ait. Nolo. Postea autem penitentia motus
abiit. Accedens autem ad alterum: dixit similiter.
Ait ille respondens ait. Et o domine. Et non
iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris:
Dicunt. Primus. Dicit illis ihc. Amen dico
uobis: quia publicani & meretrices precedunt uos
in regno dei. Venit enim ad uos iohannes in uia
iusticię: & non credidistis ei. Publicani autem &
meretrices: crediderunt ei. Vos autem uidentes:
nec penitentiam habuistis postea. ut crederetis ei.

CXXII
Mr cc.xviii
Mr c.xv viii
L. cc.xl i

Aliam parabolam audite. Homo erat pater familias qui plantauit uineam. & sepem circumdedit ei. & fodit in ea torcular: & edificauit turrim. & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum adpropinquasset: misit seruos suos ad agricolas. ut acciperent fructus eius. Et agricole adprehensis seruis eius: alium ceciderunt. alium occiderunt. alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter: Nouissime autem misit ad eos filiu suum dicens: Verebuntur filium meum. Agricole autem uidentes filium: dixerunt intra se. Hic est heres. Venite occidamus eum: & habebimus hereditatem eius. Et adprehensum eum: eiecerunt extra uineam & occiderunt. Cum ergo uenerit dns uinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: & uineam locabit alijs agricolis: qui reddunt ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihs. Nunquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. a domino factum est istud. & est mirabile oculis nris. Ideo dico uobis: quia auferetur a uobis regnum dei. & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit supra lapidem istum: confringetur: Super quem ue

ro ceciderit. conteret eum.

Mr cc.xx
Mr cc.xxviii
Lc cc.xl ii
Io. lxxxviii

Et cum audissent principes sacerdotum & pharisei parabolas eius cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere timuerunt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant.

Cap. 22um

Mr cc.xxvi
Lc cl.xxxvi

Et respondens ihc dixit iterum in parabolis eis Simile factum est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias & nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis ecce prandium meum paraui. tauri mei & altilia occisa. & omnia parata uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius in villam suam. alius uero ad negotiationem suam. reliqui uero tenuerunt seruos eius. & contumelia affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est. & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidem paratæ sunt. sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum. & quoscumq; inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos & bonos. & impletæ sunt nuptiæ

Mr cc.xxii
Soluf x

Intrauit autem rex ut uideret discumbentes. & uidit ibi hominem non discumbentiū.

uestimum uestem nuptiali. & ait illi. Amice quo
modo huc intrasti non habens uestem nuptialem?
At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris
ligatis pedibus eius & manibus? mittite eum in te
nebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentiū.
xxiii Multi autem sunt uocati. pauci uero electi.
dñi ccc.xx.m
dñi c.xxx.v
l. cc.xl.m Tunc abeuntes pharisei? consilium inierunt ut cape
rent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos
suos? cum herodianis dicentes. Magister? scimus
quia uerax es? & uiam dei in ueritate doces. & non
est tibi cura de aliquo. Non enim respicis perso
nam hominum. Dic ergo nobis? quid tibi uidet?
Licet censum dare cęsari an non? Cognita aut̄
ihc nequicia eoꝝ ait. Quid me temptatis hypo
crite? Ostendite mihi nomisma census. At illi
obtulerunt ei denarium. Et ait illis ihc. Cui?
est imago hęc & suprascriptio? Dicunt ei. Cę
saris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę sunt cę
saris cęsari? & quę sunt dei deo. Et audientes?
mirati sunt. Et relicto eo abierunt. In illo die
accesserunt ad eum sadducei qui dicunt non esse re
surrectionem? & interrogauerunt eum dicentes.
Magister? moyses dixit? si quis mortuus fuerit ñ
habens filium. ut ducat frater eius uxorem illius?
& suscitet semen fratri suo. Erant autem apud

nos septem fratres: & primus uxore ducta. defunctus
est. Et non habens semen: reliquit uxorem suam
fratri suo. Similiter secundus & tertius: usq; ad sep
timum. Novissime autem omnium & mulier defunc
ta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem ux
or? Omnes enim habuerunt eam. Respondens
autem ihc: ait illis. Erratis nescientes scripturas
neq; uirtutem dei. In resurrectione enim neq; nubēt
neq; nubentur: sed sunt sicut angeli dei in cęlo. De
resurrectione autem mortuoꝝ non legistis quod dic
tum est ad eos: dicente uobis. Ego sum ds abraham:
& ds ysaac. & deus iacob. non est ds mortuoꝝ: sed uiu
entium. Et audientes turbe: mirabantur in doc
Al. cc.xxiii
Mr. cxvi. trina eius. Pharisei autem audientes
quod silentium imposuisset saduceis: conuenerunt
in unum. Et interrogauit eum unus ex eis legis
doctor: temptans eum. Magister: quod est manda
tum magnum in lege? Ait illis. Diliges dīm
tuum ex toto corde tuo. & in tota anima tua. &
in tota mente tua: hoc est maximum. & primum
mandatum. Secundum autem simile est huic.
Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his du
obus mandatis: uniuersa lex pendet & prophete.
Mr. cc.xxv v
Mr. cxxxviii
L. cc.xl v Congregatis autem phariseis: interrogauit eos ihs
dicens. Quid uobis uidetur de xpo: cuius filius est?

Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo
dauid inspiritu uocat eum dominum dicens. dixit
dominus domino meo. sede ad ꝙ dexteris meis. donec ponã
inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

ꝯ. cc. xxv vi
ꝯ. c xxxv iii
l. cc xl iiii

Si ergo dauid uocat eum dominum. quomodo filius
ei est. Et nemo poterat respondere ei uerbum. neq;
ausus fuit quisquã ex illa die eũ amplius interrogare.

M cc xxv vii
Soluſ x

Tunc ihe locutus est ad turbas. & ad discipulos suos di
cens. Super cathedram moysi. sederunt scribe & pha
risei. Omnia ergo quecunq; dixerint uobis seruate
& facite. secundum opera uero eoꝝ. nolite facere.
Dicunt enim & non faciunt.

Cap. 23.

ꝯ. cc xxviii
l. c xxxviii

Alligant aut̃ onera grauia & importabilia. & impon̄t
in humeros hominũ. digito aut̃ suo. nolunt ea mouere.

M cc xxviii
Mr c xxv v
l. cc xl vi
l. c xxxvii

Omnia uero opa sua faciunt. ut uideant ab hominib̃.
Dilatant enim phylacteria sua. & magnificant
fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœ
nis. & primas cathedras in synagogis. & salutatio
nes in foro. & uocari ab hominib̃ rabbi.

M cc xxxv
Soluſ x

Vos autem nolite uocari rabbi. Vnus est enim magis
ter uester. Omnes autem uos fratres estis. Et patrem
nolite uocare uobis super terram. unus est enim pater
uester qui in cœlis est. Nec uocemini magistri. quia
magister uester. unus est xpc.

ꝯ. cc. xxxi
l. c lxxviii

Qui maior est uestrum. erit minister uester. Qui

Sxxiiii
T ỹ cc.xxxvii
L. c xl ii v

T Mcc.xxxviii
Solus ex

T ỹ. cc.xxxviii
L. c.xxxv vi v

aurum se exaltauerit humiliabitur: & qui se humiliauerit exaltabitur.

V ę autem uobis scribę & pharisei hypocrite: quia clauditis regnum cęlorum ante homines. V os enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare.

V ę uobis scribę & pharisei hypocrite: quia circuitis mare & aridam ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus facitis eum filium gehennę duplo quam uos. V ę uobis duces cęci: qui dicitis: qui cumq; jurauerit per templum nichil est: qui autem jurauerit in auro templi debet. S tulti & cęci: quid enim maius est: aurum an templum quod sanctificat aurum? E t qui cumq; jurauerit in altari: nichil est: qui cumq; autem jurauerit in dono quod est sup illud debet. C ęci: quid enim maius est donum an altare quod sanctificat donum? Q ui ergo jurat in altari: jurat in eo & in omnibus quę sup illud s. E t qui cumq; jurauerit in templo: jurat in illo & in eo qui habitat in ipso. E t qui jurat in cęlo: jurat in throno dei & in eo qui sedet super eum.

V ę autem uobis scribę & pharisei hypocritę: qui decimatis mentam & anetum & cyminum & reliquistis quę grauiora sunt legis: judicium & misericordiam & fidem. H ęc oportuit facere: & illa non omittere.

M.cc.xxxv
Soluſ.x
M.cc.xxxvi
L.cxxxv

Duceſ cęci: excolantes culicē: camelū autē glutientes.
Vę uobiſ ſcribę & phariſei hypocritę: qui mundatis
quod deforiſeſt calicis & parapſidiſ: intus autem
pleni ſunt rapina & immundicia. Phariſee cęce:
munda prius quod intus eſt calicis & parapſidiſ: ut
fiat & id quod deforiſeſt mundum.

M.cc.xxxvii
L.cxxxvi

Vę uobiſ ſcribę & phariſei hypocritę: qui ſimiles eſtis
ſepulcris dealbatis quę a foris parent hominibus
ſpecioſa. intus uero plena ſunt oſſibus mortuorū.
& omni ſpurcitia. Sic & uos a foris quidem pare
tis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypo
criſi. & iniquitate.

M.cc.xxxviii
L.cxl

Vę uobiſ ſcribę & phariſei hypocritę: qui edificatis ſe
pulcra prophetarum. & ornatis monumenta iuſ
torum. & dicitis. Si fuiſſemus in diebus patrum noſ
trorum: non eſſemus ſocii eorum in ſanguine pphета
rum. Itaq; teſtimonio eſtis uobiſmetipſis: quia
filii eſtis eorum. qui prophetas occiderunt.

M.cc.xxxix
Soluſ.x

Et uos implete menſuram patrum ueſtrorum. Ser
pentes genimina uiperarum: quomodo fugietis
a iudicio gehenne.

Mr.cc.xl
L.cxli.

Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas. & ſapientes.
& ſcribas: & ex illis occidetis & crucifigetis. & ex eis
flagellabitis in ſynagogis ueſtris. & perſequemini de
ciuitate in ciuitatem. ut ueniat ſuper uos omnis

sanguis iusti qui effusus est sup terram. a sanguine
abel usq; ad sanguinem zacharię filii barachię.
quem occidistis inter templum & altare. Amen dico
uobis uenient hęc omnia sup generationem istam.
Hierusalem hierusalem quę occidis pphetas & lapidas
eos qui ad te missi sunt quoties uolui congregare fi
lios tuos. quemadmodum gallina congregat pullos
suos sub alas. & noluisti. Ecce relinquetur uobis do
mus uestra deserta. Dico enim uobis non me uidebitis
amodo donec dicatis. Benedictus qui uenit. in nomi
ne domini. Et egressus ihc de templo ibat. & accesserunt
discipuli eius ut ostenderent ei edificationes templi.
Ipse autem respondens. dixit illis. Videtis hęc om
nia. Amen dico uobis. non relinquetur hic lapis su
per lapidem. qui non destruatur.
Sedente autem eo sup montem oliueti. accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis. quan
do hęc erunt. & quod signum aduentus tui & con
summationis seculi. Et respondens ihc. dixit eis.
Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient
in nomine meo dicentes. ego sum xpc. & multos se
ducent. Audituri enim estis prelia. & opiniones
prelioy. uidete ne turbemini. Oportet enim hęc fi
eri. sed nondum est finis. Consurget enim gens in
gentem. & regnum in regnum. et erunt pestilen

Sxxv.
Mt. cc. xl i
L. c. lxxv.

Cap. xxv.
M cc xl ii
Mr. c. xxv vii
L. cc. xxxv vii
J cc lv viii.

M cc xl iii
Mr. c. xxv viii
L. cc lv viii.

tię ⁊ fames. ⁊ terremotus per loca. Hęc autem
T Al cc.xl.iii Mrc.xxv.iii. l.cc l lo.c.xl i 7c.xl vi. gr.cc.xl v Sol vs
omnia initia sunt dolorum.
Tunc tradent uos in tribulationem ⁊ occident uos. ⁊
eritis odio omnibus gentibus propter nomen meū.
Et tunc scandalizabuntur multi. ⁊ inuicem tradent.
⁊ odio habebunt inuicem. Et tunc multi pseudoppħę
surgent. ⁊ seducent multos. Et tquoniam habun
dauit iniquitas. refrigescet caritas multoꝝ. Qui
T gr cc.xl vi Mr c xl VI
autem pseuerauerit usq; in finem. hic saluus erit.
Et predicabitur hoc euangelium regni ⁊ in uniuerso or
T gr.cc.xl vii gr.c.xl ii VI
be in testimonium oīb gentib. ⁊ tūc ueniet consummatio.
Cum ergo uideritis abhominationem desolationis quę
dicta est a damele propheta. stantem in loco sancto.
qui legit intelligat.
T gr cc.xl viii gr c.xl iii II l. cc viii
Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes. ⁊ qui in
tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. ⁊
qui in agro non reuertat tollere tunicam suam.
T M.cc.xl viii Mr c.xl iiii II l. cc l. iii
Vęa autē pregnantib. ⁊ nutrientib. in illis diebus.
T gr cc l VI Mr c.xl v
Orate autē ut non fiat fuga uā hyeme uel sabbato.
Mr.cc l. i Mr c.xl vi II l. cc l v
Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit
ab initio mundi usq; modo. neq; fiet.
T gr cc l. ii Mr c.xl vii VI
Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fieret salua oīs
caro. Sed ppter electos breuiabuntur dies illi.
T gr.cc l. iii gr c.xl viii II l. cc iii
Tē si quis uob dixerit. ecce hic xp̄c. aut illic. nolite credere.
gr cc l. iii gr c.xl viii VI
Surgent enim pseudo xp̄i. ⁊ pseudo prophetę. ⁊ da

bunt signa magna & prodigia. ita ut in errorem induc
antur: si fieri potest etiam electi Ecce predixi uobis.
ꝯ ec l v
l. ec ii
Si ergo dixerint uobis: ecce in deserto est nolite exire:
ecce in penetralibus: nolite credere.
ꝯ ec l vi
l. ec v
Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret usq; occi
dentem: ita erit & aduentus filii hominis.
ꝯr ec l vii
l. ec viii
Ubicunq; fuerit corpus: illuc congregabuntur aquile.
ꝯ. ec l viii
ꝯr. ec l ii
l. ec l vii
Statim autem post tribulationem dierum illorum sol
obscurabitur: & luna non dabit lumen suum. & stelle
cadent de celo. & uirtutes celorum commouebuntur:
ꝯ ec l viii
ꝯr. ec l iii
l. ec l viii
Et tunc parebit signum filii hominis in celo.
Et tunc plangent omnes tribus terre: & uidebunt fi
lium hominis uenientem in nubibus celi cum uir tu
te multa & maiestate. Et mittet angelos suos cū
tuba & uoce magna: & congregabunt electos eius
a quatuor uentis: a summis celorum usq; ad termi
nos eorum. A barbore autem fici discite parabolam.
Cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata: scitis
quia prope est estas. Ita & uos cum uideritis hec om
nia: scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uob:
quia non preteribit hec generatio: donec omnia fi
ant. Celum & terra transibunt: uerba uero mea
non preteribunt.
ꝯr ec l x
ꝯr. ec l vi
ii
De die autem illa & hora nemo scit: neq; angeli celo
rum nisi pater solus.

or ccl v i
l. cc vii

Sicut autem in diebus noe: ita erit & aduentus filii ho
minis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium
comedentes & bibentes: nubentes. & nuptum tra den
tes. usq; ad eum diem quo intrauit noe in arcam noe. &
non cognouerunt donec uenit diluuium & tulit
omnes: ita erit & aduentus filii hominis.

or. ccl v iii
or. cl. iii vi

Vigilate q; quia nescitis qua hora dns ui uenturus sit.

or ccl v iiii
or. cl v ii
l. cl vi

Illud autem scitote: quo si sciret pater familias qua ho
ra fur uenturus esset: uigilaret utiq; & non sineret
perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati: qua
qua hora nescitis filius hominis uenturus est.

or. ccl v v
l. cl vii

Quis putas est fidelis seruus & prudens quem constitu
it dns suus super familiam suam ut det illis cibu in tempore:

or ccl v vi
l. cl v
7 cl vii

Beatus ille seruus: quem cum uenerit dominus eius.
inuenerit sic facientem. Amen dico uobis: quoni
am super omnia bona sua constituet eum.

or ccl v vii
l. cl viii

Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: mo-
ra facit dominus meus uenire: & cepit percutere conser
uos suos: manducet autem & bibat cum ebriosis.
ueniet dominus serui illius in die qua non sperat.
& hora qua ignorat: & diuidet eum: partemq; ei
ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & stridor

or ccl v viii
Solus x

Tunc simile erit regnum celoy decem uirginibus: que accipientes lampades su
as exierunt obuiam sponso & sponse. Quinq;

Cap. 25

or ccl v ii
l. cc xii

Tunc duo erunt in agro: unus assumet: & unus relinquet: Due molentes in
mola: una assumetur: & una relinquetur.

autem ꝓcesserant fatuę: & quinq; prudentes. Sed
quinq; fatuę acceptis lampadibus non sumpserunt
oleum secum: prudentes uero acceperunt oleum in ua
sis sinsecum lampadibus. Moram autem faciente
sponso: dormitauerunt omnes & dormierunt. Me
dia autem nocte clamor factus est: ecce sponsus uenit.
ꝓdite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines
ille: & ornauerunt lampades suas. Fatuę autem
sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uro:
quia lampades nre extinguntur: Respouderunt
prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis
& uobis: ite potius ad uendentes. & emite uobis.
Cum autem uenit emere uenit sponsus: & quę pa
ratę erant intrauerunt cum eo ad nuptias. & clau
sa est ianua. Nouissime uero ueniunt & reliquę
uirgines dicentes. Domine domine: ape nobis.
At ille respondens ait. Amen dico uobis: nescio
uos. Vigilate itaq; quia nescitis diem. neq; horã.

Ō. cc lx viii
Or. c l iiii
L. cc. xx viii

Sicut enim homo peregre ꝓficiscens uocauit seruos
suos: & tradidit illis bona sua.

Or. cc lxv
L. cc. xx viii.

Et uni dedit quinq; talenta. alii autem duo. alii
uero unum: unicuiq; secundum propriam uirtutem. &
profectus est statim. Abiit autem qui quinq; ta
lenta accepit: & operatus est in eis. & lucratus est alia
quinq. Similiter: qui duo acceperat: lucratus

eſt alia duo. Qui autem unum accepat abiens fodit
in terra. & abscondit pecuniam domini sui. Post
multum uero temporis uenit dominus seruoꝝ illoꝝ
& posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinq;
talenta accepat obtulit alia quinq; talenta dicens.
Domine quinq; talenta mihi tradidisti ecce alia
quinq; superlucratus sum. Ait illi dominus eius.
Euge bone serue & fidelis quia super pauca fuisti
fidelis super multa te constituam. intra in gaudiū
domini tui. Accedens autem & qui unum talentum
acceperat ait. Domine scio quia homo durus es.
metis ubi non seminasti. & congregans ubi non spar
sisti. & timens abii. & abscondi talentum tuum in
terra. Ecce habes quod tuum est. Respondens
autem dominus eius dixit ei. Serue male & pi
ger sciebas quia meto ubi non semino. & congre
go ubi non sparsi. oportuit ergo te committere
pecuniam meam nummolariis. & ueniens ego re
cepissem utiq; quod meum est cum usura. Tolli
te itaq; ab eo talentum & date ei qui habet decē

T ℔. cc lxxvi
℔r. xl ii
L. cc. xxxv

T ℔ cc lxxvii
L. cc. xxxvi

T ℔ cc lxxviii
Soluſ. x

talenta.

Omni enim habenti dabitur & abundabit: ei autem qui non habet. & quod uidetur habere. auferetur abeo.

Et inutilem seruum: eicite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua. & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis sue. & congregabuntur ante eum omnes gentes. & separabit eos ab inuicem. sicut pastor segregat oues ab hedis. & statuet oues quidem a dextris suis. hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esurui enim: & dedistis mihi manducare. Sitiui: & dedistis mihi bibere. Hospes eram: & collegistis me. Nudus: & operuistis me. Infirmus: & uisitastis me. In carcere eram: & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quando te uidimus esurientem. & pauimus: Sitientem: & dedimus tibi potum: Quando autem te uidimus hospitem & collegimus te: Aut nudum: & cooperuimus: Aut quando te uidimus infirmum. aut in carcere. & uenimus ad te: Et respondens rex: dicet illis. Amen dico uobis: quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tunc

dicet & his qui a sinistris erunt. D iscedite a me ma
ledicti in ignem ęternum: qui paratus est diabolo &
angelis eius. E fui enim & non dedistis mihi man
ducare. S titi & non dedistis mihi potum. H ospes
eram & non collegistis me. N udus & non opuistis
me. I nfirmus & in carcere & non uisitastis me. T ũ
respondebunt ei & ipsi dicentes. D omine quando
te uidimus esurientem. aut sicientem. aut hospitẽ.
aut nudum. aut infirmum. uel in carcere & non mi
nistrauimus tibi. T unc respondebit illis dicens.
A men dico uobis quamdiu non fecistis uni de mino
ribus his nec mihi fecistis. E t ibunt hi in supplicium
ęternum: iusti autem in uitam ęternam. E t fac
tum est cum consummasset ihs sermones hos omnes
dixit discipulis suis. P A S S I O
dñi nr̄i ihu xpi: secũdm ỹ. atheum.
In illo tempore: Dixit dominꝰ
ihc discipulis s u i s.

Tm. cc lxv
Mr. c l vi
L. cc lx
Io. x. v

C I T I S Q V I A
p o s t b i d u u m p a s c h a fi
et: & filius hominis tradetur ut cru
cifigatur:

Tm. cc lxv v
Mr. c l vii

T unc congregati sunt principes sacerdotum & sen
ores populi in atrium principis sacerdotum qui
dicebatur caiphas: & consilium fecerunt: ut ihm

Ca. 267.

dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem. Non
in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo.

Ỹ & lxxvi
Mr: c l viii
l. lxxviii
Io. xc viii

Cum autem esset ihc in bethania in domo simonis lepsi-
accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti
pretiosi: & effudit super caput ipsius recumbentis.
Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes.
Ut quid perditio hec? Potuit enim istud venundari
multo: & dari pauperibus. Sciens autem ihc: ait illis. Quid
lis: Quid molesti estis mulieri: opus bonum: operata
est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscum:
me autem non semper habebitis.

Ỹ al ce lxxvii
Mr: c l viii
Io. xc viii

Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum: ad se
peliendum me fecit. Amen dico vobis: ubicumq;
predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo:
dicetur: & quod hec fecit in memoriam eius.

Ỹ al ce lxxviii
Mr: c l. x
l. cc lv iii

Tunc abiit unus de duodecim qui dicit Iudas scarioth
ad principes sacerdotum: & ait illis. Quid vultis
hi dare: & ego vobis eum tradam? At illi constituer-
ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportu
nitatem: ut eum traderet. Prima autem die azimo
rum: accesserunt discipuli ad ihm dicentes. Ubi vis
paremus tibi comedere pascha? At ille dixit. Ite
in civitatem ad quendam: & dicite ei. Magister dicit:
tempus meum prope est: apud te facio pascha cum
discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constit

tum illis sibi ꝑ parauerunt pascha. V espe autem
ꝯ. ce.lxxviii
or. c.lv iiii
lo. c.xxi
7 lxxviii
facto discumbebat cū duodecim discipulis suis.
ꝯ. ce.lxxv
or. c.lv i
l. ce.lv viii
lo. c.xxii
Et edentibus illis dixit. Amen dico uobis quia unus
uestrum me tradturus est.
ꝯ. ce.lxxvi
or. c.lv ii
l. ce.lv vii
lo. c.xxii
Et contristati ualde ceperunt singuli dicere. Num
quid ego sum domine.
ꝯ. ce.lxxvi
or. c.lv iii
l. ce.lv viii
lo. c.xxiii
At ipse respondens ait. Qui intingit mecum ma
num in parapside hic me tradet. Filius quidem
hominis uadit sicut scriptum est de illo.
M. ce.lxxvii
or. c.lv viii
Ve autem homini illi per quem filius hominis tradet.
ꝯ. ce.lxxviii
Solus x
Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.
Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit.
ꝯ. ce.lxxix
M. c.lv v
l. ce.lv vi
lo. lv v
Numquid ego sum rabbi. Ait illi. Tu dixisti.
Cenantibus autem eis accepit ihc panem & benedixit
ac fregit dedit q; discipulis suis. & ait. Accipite &
comedite hoc est corpus meum.
ꝯ. ce.lxxv
or. c.lv vi
l. ce.lv v
7 ce.lv vii
Et accipiens calicem gratias egit. & dedit illis dicens.
Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus
noui testamenti qui pro multis effundetur in remis
sionem peccatoꝝ. Dico autem uobis non bibam
amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illum cū
illud bibam uobiscū nouum in regno patris mei.
ꝯ. ce.lxxvi
or. c.lv vii
Et ymno dicto exierunt in montem oliueti.
XXVII
ꝯ. ce.lxxvii
or. c.lv viii
Tunc dicit illis ihc. Omnes uos scandalum patiemi
ni in me in nocte.
lo. c l ii

Scriptum est enim: percutiam pastorem. & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero: precedam uos in galileam.

Respondens autem petrus: ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunquam scandalizabor.

Ait illi ihs. Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam gallus cantet: ter me negabis.

Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Tunc uenit ihc in mullam cum illis que dicitur gethsemani: & dixit discipulis suis.

Sedete hic: donec uadam illuc & orem. Et assumpto petro & duobus filiis zebedei: cepit contristari & mestus esse.

Tunc ait illis. Tristis est anima mea: usq; ad mortem. Sustinete hic: & uigilate mecum.

Et progressus pusillum: procidit in faciem suam orans & dicens. O pater: si possibile est transeat a me calix iste. Verumtamen: non sicut ego uolo: sed sicut tu.

Et uenit ad discipulos: & inuenit eos dormientes.

Et dicit petro. Sic non potuistis una hora uigilare mecum: Vigilate & orate: ut non intretis in temptationem.

Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma.

Iterum secundo abiit: & orauit dicens. Pater mi:

sinon potest hic calix transire nisi bibam illum. fiat
uoluntas tua. ☙ ueniens iterum inuenit eos dor-
mientes. ☙ erant enim oculi eorum grauati. ☙ relic
tis illis iterum abiit & oauit tertio eundem sermo
nem dicens.

T Mcc.xc viii
Mr.c lxxv
Io.c iii
Tunc uenit ad discipulos suos & dicit illis. Dormite
iam & requiescite. ☙ ecce adpropinquabit hora & fi-
lius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite
eamus. ☙ ecce adpropinquabit qui me tradet.

Mr. ccc
Mr.c lxxvi
L.cc lxxv
Io.c lviii
T lxxv v
Adhuc ipso loquente ecce iudas unus de duodecim ue
nit & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus
missi a principibus sacerdotum & senioribus populi.

Mr ccc i
Mr.c lxxvii
L.cc lxxv vi
Qui autem tradidit eum dedit illis signum dicens.
Quem cumq; osculatus fuero ipse est tenete eum.
Et confestim accedens ad ihm dixit. Aue rabbi.
Et osculatus est eum. Dixitq; illi ihc. Amice
ad quod uenisti. Tunc accesserunt & manus in
iecerunt in ihm & tenuerunt eum.

Mr ccc ii
Mr.c lxxvii
L.cc lxxv vii
Io.c lx
Et ecce unus ex his qui erant cum ihu extendens ma
num exemit gladium suum & percutiens seruum
principis sacerdotii amputauit auriculam eius.

Mr ccc iii
Solus x
Tunc ait illi ihc. Conuerte gladium tuum in lo
cum suum. Omnes enim qui acceperint gladium
gladio peribunt. Aspicitas quia non possum ro
gare patrem meum. & exhibebit mihi modo plus

quam duodecim legiones angelo⁹? Quomodo er-
go implebuntur scripture quia sic oportet fieri?
In illa hora dixit ihc turbis. Tamquam ad latronē
existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. Co-
tidie apud uos sedebā docēs in templo: & nō me tenuistis.
Hoc aut̄ totū factū est ut implerentur scripture ꝓphe-
tarū. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.
At illi tenentes ihm dixerunt ad caiphan principem
sacerdotum ubi scribe & seniores conuenerant.
Petrus autem sequebatur eum alonge usq; in atriū
principis sacerdotum. Et introgressus intro sedebat
cum ministris ut uideret finem.
Principes autem sacerdotum & omne concilium que-
rebant falsum testimonium contra ihm ut eū mor-
ti traderent. Et non inuenerunt cum multi
falsi testes accessissent.
Nouissime autem uenerunt duo falsi testes & dixer̄t.
Hic dixit. Possum destruere templum dei &
post triduum edificare illud. Et surgens princeps
sacerdotum ait illi. Nichil respondes ad ea quę is
ti aduersum te testificantur? Ihc autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per
deum uiuum ut dicas nobis si tues xpc filius dei.
Dicit illi ihs. Tu dixisti.
Verumtamen dico uobis amodo uidebitis filium ho

mnus sedentem ad extrisurtum. et uenientem
9r ccc xi
9r exc ii
in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua
dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus
9 ccc xii
9r exc ii
1 cc xc viii
testibus. Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur. At illi respondentes dixe
runt. Reus est mortis.
9r ccc xiii
9 exc iii
1. cc xc viii
10 c lxx ii
Tunc expuerunt in faciem eius. et colaphis eum cecide
runt. Alii autem palmas in faciem eius dederunt
dicentes. Prophetiza nobis xpe. quis est qui te per
9 ccc xiiii
9r exc v
1. cc xc ii
10 c lxx v
cussit. Petrus uero sedebat foris in atrio.
Et accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cũ
ihu galileo eras. At ille negauit coram omnibus
dicens. Nescio quid dicis.
9r ccc xv
9 exc vi
1 cc xc ii
10. c lxx v
Et exeuntem autem illo ianuam. uidit eum alia ancilla.
et ait his qui erant ibi. Et hic erat cum ihu nazare
no. Et iterum negauit cum iuramento. quia nõ
noui hominem. Et post pusillum. accesserunt
qui stabant et dixerunt petro. Vere. et tu ex illis es.
Nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc
cepit detestari et iurare. quia non nouisset hominẽ.
Et continuo gallus cantauit.
9r ccc xvi
9 exc vii
1 cc xc iii
Et recordatus est petrus uerbi ihu quod dixerat. pri
us quam gallus cantet. ter me negabis. Et egres
sus foras. fleuit amare.

Cap. 27.

ỹ ccc.xvii
ỹr.c.xc.viii
l. cc.xc v

Mane autem facto: consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus ihm: ut eum morti traderent.

ỹr ccc.xviii
ỹr.c.xc.viii
l. ccc
io. c lxxvi

Et uinctum adduxerunt eum: & tradiderunt pontio pilato presidi.

ỹr ccc.xviii
Solus x

Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damnatus esset: penitentia ductus: retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens: Peccaui: tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos: tu uideris. Et proiectis argenteis in templo: recessit: & abiens laqueo se suspendit.

Principes autem sacerdotum: acceptis argenteis dixerunt: Non licet mittere eos in corbanan: quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito: emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinoy. Propter hoc uocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis: usq; in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos: pretium adpretiati quem adpretiauerunt a filiis israhel: & dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi dns.

ỹr ccc.xxv
ỹr. cc
l. ccc ii
io c lxxviii

Ihs autem stetit ante presidem: & interrogauit eum preses dicens: Tu es rex iudeoy: Dicit illi ihs. Tu dicis.

T ☉ ccc.xxvi
☽r cc i^mi
Io.c.xc ii
Z c lxxxv

Et cum accusaretur a principibus sacerdotum &
seniorib⁹ nichil respondit. Tunc dicit illi pi
latus. Non audis quanta aduersum te dicunt tes
timonia? Et non respondit ei ad ullum uerbum:
ita ut mirari etiam presesi uehementer.

☽r ccc.xxvii
☽r cc ii^a
Z.cc viii

Per diem autem sollempnem consueuerat presesi di
mittere populo unum uinctum quem uoluissent.

T ☌ ccc.xxiii
☽r cc iii^mi
Io.c lxxxviii

Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebā
tur barabbas. Congregatis ergo illis dixit pilat⁹
Quem uultis dimittam uobis barabban. an ihm
qui dicitur xp̃c? Sciebat enim quod per inuidi
am tradidissent eum.

T ☉ ccc.xxviii
Solvs.x

Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum uxor
eius dicens. Nichil tibi & iusto illi. Multa enim
passa sum hodie per uisum propter eum.

T ☉ ccc.xxv
☽r cc i^mi
Z.ccc.x
Io.c lxxxviii

Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt po
pulis ut peterent barabban: ihm uero perderent.
Respondens autem presesi at illis. Quem uultis
uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Ba
rabban.

T ☉ ccc.xxvi
☽r cc i^a v
Z.ccc.xi
Io.c.lxxxviii

Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ihu qui dicitur xps? Dicunt omnes.
Crucifigatur. At illis presesi. Quid enim
malifecit? At illi magis clamabant dicentes.
Crucifigatur.

T ☉ ccc.xxvii
Solus.x

Videns autem pilatus quia nichil proficeret. sed ma

gis tumultus fieret: accepta aqua lauit manꝰ coram
populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti
huius: uos uidetis. Et respondens uniuersus popu
lus dixit. Sanguis eius sup nos: & sup filios nros.
Tunc dimisit illis barabban: ihm autem flagellatum
tradidit eis ut crucifigeretur:
Tunc milites presidis suscipientes ihm in pretorio: con
gregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et ex
uentes eum: clamidem coccineam circumdederunt
ei. Et plectentes coronam de spinis: posuerunt sup
capud eius: & harundinem in dextera eius. Et ge
nu flexo ante eum: inludebant dicentes. Aue rex
iudeorum.
Et exspuentes in eum: acceperunt harundinem & per
cutiebant caput eius. Et postquam inluserunt
ei. exuerunt eum clamide: & induerunt eum uesti
mentis eius: & duxerunt eum ut crucifigerent.
Exeuntes autem: inuenerunt hominem cyreneum
nomine symonem. Hunc angariauerunt: ut tol
leret crucem eius.
& amplius non introeas in eum. Et clamans & mul
tum discerpens eum: exiit ab eo. Et factus est
sicut mortuus: ita ut multi dicerent quia mortu
us est. Ihc autem tenens manum eius: eleuauit
eum & surrexit.

Mr xcii Solus x

Et cum introisset in domum: discipuli eius secreto
interrogabant eum. Quare nos non potuimus
eicere eum: Et dixit illis. Hoc genus in nullo
potest exire: nisi in oratione & ieunio. VIII

Mr xciii Mr clxxvi ii Lc i

Et inde profecti pretergrediebantur galileam:
nec uolebat quemquam scire. Docebat autem
discipulos suos & dicebat illis: quoniam filius ho
minis traditur in manus hominum. & occident
eum. & occisus: tercia die resurget. At illi ignora
bant uerbum: & timebant eum interrogare.

Mr xciii Solus x

Et uenerunt capharnaum. Qui cum domi essent
interrogabat eos. Quid in uia tractabatis:
At illi tacebant: siquidem inter se in uia disputa
uerant quis esset illorum maior. Et residens uoca
uit duodecim: & ait illis. Si quis uult primus
esse: erit omnium nouissimus: & omnium minis
ter. Et accipiens puerum: statuit eum in me

dio eoꝝ. Quem cum complexus esset: ait illis:
Quisquis unum exhumusmodi puerus recepe-
rit in nomine meo: me recepit.
Mr xc vi
Mr xc viii
L. c xvi
Io. c xv
7 xl
Et quicumq; me susceperit: non me suscipit: sed eum
qui me misit.
Mar xc vii
L. c viii
Respondit illi Iohannes dicens: Magister: vidimus
quendam in nomine tuo eicientem demonia qui
sequitur nos: & prohibuimus eum. Ihs autem ait:
Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat
uirtutem in nomine meo: & possit cito male loqui
de me. Qui enim non est aduersus nos: pro nobis est.
Mr xc viii
Mr c vi
Qui enim potum dederit uobis calicem aquæ
in nomine meo quia xpi estis: amen dico uobis: non
perdet mercedem suam.
Mr xc viii
Mr c lxxviii
L c xc vii
Et quisquis scandalizauerit unum exhis pusillis cre
dentibus in me: bonum est ei magis: si circumdare
tur mola asinaria collo eius: & in mare mitteret.
Mr c. vi
Mr c lxxv
Et si scandalizauerit te manus tua: abscide illam.
Bonum est tibi debilem introire in uitam: quas
duas manus habentem ire in gehennam in ignem
inextinguibilem.
Mr c i
Soluf xv
Vbi uermis eoꝝ non moritur: & ignis non extingui
tur: Et si pes tuus te scandalizat: amputa illum.
Bonum est tibi claudum in uitam introire: quam
quam duos pedes habentem mitti in gehennam

ignis inextinguibilis: ubi uermis eorum non moritur.
& ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus
scandalizat te: eice eum. Bonum est tibi luscum
introire in regnum dei: quam duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis: ubi uermis eorum non mori
tur: & ignis non extinguitur: Omnis enim igne
salietur: & omnis uictima salietur:

Mr c ii
ii
M.cc.xxxi
l. c lxxv

Bonum est sal: quod si sal insulsum fuerit: in quo il
lud condietis: Habete in uobis salem: & pacem ha
bete inter uos.

Mr c iii
vi
M.cc.lxxxviii

Et inde exsurgens: uenit in fines iudee: ultra ior da
nen. Et conuenerunt iterum turbe ad eum: & sic
consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes
pharisei: interrogabant eum: si licet uiro uxorem
dimittere temptantes eum. At ille respondens:
dixit eis: Quid uobis precepit moyses: Qui dix
erunt. Moyses permisit libellum repudii scribere
& dimittere. Quibus respondens ihc ait. Ad
duriciam cordis uestri scripsit uobis preceptum istud.
Ab initio autem creature: masculum & femina
fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrem
suum & matrem. & adherebit ad uxorem suam. &
erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo:
sed una caro. Quod ergo deus iunxit: homo non
separet.

Mr c iii
Solus x

Et in domo iterū discipuli eius de eodē mīo rogauerūt eū.

Mr c v
Mr c x c
l c x c v

Et dicit illis. Quicunq; dimiserit uxorem suam. & aliam duxerit. adulterium committit sup eam. & si uxor dimiserit uirum suum. & alii nupserit mechatur.

Mr c vi
Mr c x c vi
l cc xvi

Et offerebant illi paruulos ut tangeret illos. discipuli autem comminabant offerentibus. Quos cum uideret ihc indigne tulit. & ait illis. Sinite paruulos uenire ad me. & ne phibueritis eos. talium est enim regnum dei. Amen dico uobis. quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus. non intrabit in illud. Et complexans eos & ponens manus super illos. benedicebat eos.

Mr c vii
Mr c x c vii
l cc xvii
y c xxi

Et cum egressus esset in uia. procurrens quidam genuflexo ante eum. rogabat eum. Magister bone. quid faciam ut uitam eternam percipiam. Ihs autem dixit ei. Quid me dicis bonum. Nemo bonus. nisi unus deus. Precepta nosti. ne adulteres. ne occidas. ne furtum facias. ne falsum testimonium dixeris. ne fraudem feceris. honora patrem tuum & matrem. At ille respondens. ait illi. Magister. omnia hec custodiui a iuuentute mea.

Mr c viii
Mr c x c viii
l cc xviii
y c l ii

Ihs autem intuitus eum. dilexit eum. & dixit illi. Unum tibi deest. Vade quecunq; habes uende & da pauperibus. & habebis thesaurum in c̄

lo. æ uem sequere me.

Mr c viii
Mr c.xc ii v
l cc xv

Qui contristatus in uerbo. abiit merens. erat enim ha
bens possessiones multas. Et circumspiciens ihe. ait
discipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent
in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstu
pescebant in uerbis eius. At ihesus iterum respondens
ait illis. Filioli. quam difficile est confidentes in pe
cunias in regnum dei introire. Facilius est camelu
pforamen acus transire. quam diuitem intrare in reg
num dei. Qui magis admirabantur dicentes ad se
metipsos. Et quis potest saluus fieri. Et intu
ens illos ihe. ait. Apud homines impossibile est. sed
non apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud
deum. Et cepit ei petrus dicere. Ecce nos dimisi
mus omnia. & secuti sumus te.

Mr c x
ii
Mr c xc viii
l cc xv i

Respondens ihe. ait. Amen dico uobis. nemo est qui
reliquerit domum. aut fratres. aut sorores. aut
patrem. aut matrem. aut filios. aut agros. propt
er me & propter euangelium. qui non accipit cen
ties tantum nunc in tempore hoc. domos & fratres.
& sorores. & matres. & filios. & agros. cum perse
cutionibus. & in seculo futuro uitam eternam.

Mr c xi
Mr c xc viii
l c lxx iii
Mr c xi ii
Mr cc i
l cc xv ii

Multi autem erunt primi nouissimi. & nouissimi primi. VIIII
erant autem in uia ascendentes in hierosolimam.
& precedebat illos ihe. & stupebant. & sequentes

tumebunt. Et tradent enim gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum et tertia die resurget.

Mr c.xiii
Mr cc vi
Mr cc ii

Et accedunt ad eum iacobus et iohannes filii zebedei dicentes. Magister volumus ut quodcumq; petierimus faciat nobis. At ille dixit eis. Quid vultis ut faciam vobis? Et dixerunt. Da nobis ut unus ad dexteram tuam et alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Ihs autem ait eis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo? Ait baptismum quo ego baptizor baptizari? Ait illi dixerunt ei. Possumus. Ihs autem ait eis. Calicem quidem quem ego bibo bibetis? et baptismum quo ego baptizor baptizamini. sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare sed quibus paratum est.

Mr c.xiii
Mr cc iii
Lc cc lv.v

Et audientes decem ceperunt indignari de iacobo et iohanne. Ihs autem vocans eos ait illis. Scitis quia hi qui videntur principari gentibus dominantur eis et principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis sed quicumq; voluerit

fieri maior: erit uester minister. Et quicunq; uo
luerit uni obis primus esse: erit omnium seruus.
Mr c.xv Nam & filius hominis non uenit ut ministraretur
Mr cc.iiii et sed ut ministraret: & daret animam suam redemp
lo.x c.i tionem pro multis.
l c.xxv v
Et uenerunt hiericho: & proficiscente eo de hiericho.
Mr c.xvi & discipulis eius. & plurima multitudine. filius ti
Mr cc.ii v mei bartholmeus cecus sedebat iuxta uiam mendi
l cc.xv iii cans. Qui cum audisset quia ihs nazarenus est:
cepit clamare & dicere. Fili dauid ihu: miserere
mei. Et cōminabant ei multi ut taceret. At
ille multo magis clamabat. Fili dauid: miserere
mei. Et stans ihs precepit illum uocari: & uocant
ceum dicentes ei. Anime quior esto: surge uocat
te. Qui proiecto uestimento suo: exiliens uenit
ad eum. Et respondens ihs: dixit illi. Quid uis
tibi faciam? Cecus autem dixit ei. Rabbom
ut uideam. Ihs autem ait illi. Vade: fides tua
te saluum fecit. Et cōfestim uidit: & sequebat
eum in uia.
Mr c.xvii Et cum adpropinquarent hierosolime & bethanie
Mr cc.vi ad montem oliuarum: mittit duos ex discipulis
l cc.xxx iii suis. & ait illis. Ite in castellum quod contra uos
est: & statim intrantes illuc: inuenietis pullū
ligatum. super quem nemo adhuc hominum sedit.

Mr c.xvii
Mr cc vii
Lccc.xxxvii

Solutte illum & adducite. Et si quis uobis dixe
rit. quid facitis. dicite quia domino necessarius est.
& continuo illum dimittet huc.
Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianu
am foris in biuio. & solunt eum. Et quidam de il
lic stantibus dicebant illis. Quid facitis soluentes
pullum. Qui dixerunt eis sicut preceperat illis
ihc. Et dimiserunt eis. Et duxerunt pullum ad
ihm. & imponunt illi uestimenta sua. & sedit super
eum. Multi autem uestimenta sua strauerunt in
uia. alii autem frondes cedebant de arboribus. &
sternebant uiam.

Mr c.xviii
i
Mr cc viii
Lccc.xxxviii
Io. c

Et qui precedebant & qui sequebantur. clamabant di
centes. Osanna. benedictus qui uenit in nomine
domini. benedictum quod uenit regnum patris
nri dauid. osanna in excelsis.

Mr c.xxv
vi
Mr cc.viii

Et intrauit hierosolimam in templum. & circum
spectis omnibus cum iam uespera esset hora. exiit in
bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exi
rent a bethania esurijt. Cumq; uidisset a longe
ficum habentem folia. uenit si quid forte inueni
ret in ea. Et cum uenisset ad eam. nichil inuenit
preter folia. Non enim erat tempus ficorum.
Et respondens dixit ei. Iam non amplius nec
num quisquam fructum ex te manducet. Et

audiebant discipuli eius.

Mr c.xxi
Mr cc xi
l. cc.xxxviii
Io xxi

Et uenerunt hierosolimam. Et cum introisset templum cepit eicere uendentes et ementes in templo. et mensas nummulariorum et cathedras uendentium columbas euertit. Et non sinebat ut quisquam transferret uas per templum. Et docebat dicens eis. Nonne scriptum est quia domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus. Vos autem fecistis eam spelunca latronum.

Mr c.xxii
Mr cc xx.
l. cc.xxxix
Io lxxxv

Quo audito principes sacerdotum et scribe querebant quomodo eum perderent timebant enim eum quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius.

Mr c.xxiii
Solus x

Et cum uespera facta esset egrediebantur de ciuitate. et cum mane transirent uiderunt ficum aridam factam a radicibus. Et recordatus petrus dicit ei. Rabbi. Ecce ficus cui maledixisti aruit.

Mr c.xxiiii
Mr cc xvi

Et respondens ihs ait illis. Habete fidem dei. Amen dico uobis quia quicumque dixerit huic monti. tollere et mittere in mare et non hesitauerit in corde suo. sed crediderit quia quod cumque dixerit fiat. fiet ei.

Mr c.xxv
Mr cc.xvi
Io c 1
7 c xxxvii

Propterea dico uobis. Omnia quecumque orantes petitis credite quia accipietis et ueniet uob.

Mr c.xxvi
Mr xl iiii VI

Et cum stabitis ad orandum: dimittite si quid habe
tis aduersus aliquem. ut & pater uester qui in cę
lis est dimittat uobis peccata uestra. Quod si uos ñ
dimiseritis: nec pater uester qui in cęlis est. dimit
tet uobis peccata uestra. ¶ x

Mr c.xxvii
Mr ce.xvii
L ce.xl II

Et ueniunt rursus hierosolimam: & cum ambula
ret in templo. accedunt ad eum summi sacerdotes.
& scribę. & seniores. & dicunt illi. In qua potesta
te hęc facis: & quis tibi dedit hanc potestatem ut
ea facias: Ihe autem respondens ait illis. Inter
rogabo uos & ego unum uerbum & respondete
mihi: & dicam uobis in qua potestate hęc faciam.
Baptisma iohannis de cęlo erat an ex hominum
bus: Respondete mihi. At illi cogitabant secũ
dicentes. Si dixerimus de cęlo. dicet. Quare
ergo non credidistis ei: Si dicemus ex hominib.
timemus populum. Omnes enim habebant io
hannem quia uere propheta esset. Et respon
dentes dicunt ihu. Nescimus. Et respondens
ihe ait illis. Neq; ego dico uobis. in qua potesta
te hęc faciam.

Mr c.xxviii
Mr ce.xviii
L ce.xl i

Et cępit illis in parabolis loqui. Vineam pasti
nauit homo: & circumdedit sepem. & fodit la
cum. & edificauit turrim. & locauit eam agri
colis. & peregre profectus est. Et misit ad

agricolas in tempore seruum: ut ab agricolis acci
peret de fructu uineę. Qui adprehensum eum
ceciderunt: & dimiserunt uacuum. Et iterum
misit ad illos alium seruum: & illum in capite uul ἐκεφαλαιωσαν
nerauerunt & contumelijs affecerunt. Et iterum
alium misit: & illum occiderunt. Et plu
res alios quosdam cedentes: alios uero occidentes.
Adhuc ergo unum habens filium carissimum:
& illum misit ad eos nouissimum dicens: Quia
reuerebuntur filium meum. Coloni autem:
dixerunt ad inuicem. Hic est heres: Venite
occidamus eum: & nr̃a erit hereditas. Et apprę
hendentes eum: occiderunt. & eiecerunt extra
uineam. Quid ergo faciet dominus uineę:
Veniet & perdet colonos: & dabit uineam alijs.
Nec scripturam hanc legistis: Lapidem quē
reprobauerunt edificantes hic factus est in ca
put anguli: A domino factum est istud: & ē
mirabile oculis nostris:

Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam: dll c.xxv viii
cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam dlr cc.lxv
hanc dixerit. Et relicto eo abierunt. l cc.xl ii
lo lxx.x viii

Et mittunt ad eum quosdam ex phariseis & hero dlr c.xxxv
dianis: ut eum caperent in uerbo. Qui uenien ii
tes dicunt ei. Magister: scimus quia uerax es: dlr cc.xxxm
l cc.xl iii

&non curasquemquam: nec enim undesinfaciem
hominum: sed uere uiam dei doces. Licet
dari tributum cesari. annon dabimus? Quisci
ens uersutiam eoꝝ: ait illis. Quid me temptatis?
Afferte mihi denarium ut uideam. Atilli at
tulerunt ei. Et ait illis. Cuius est imago hec
& inscriptio? Dicunt illi. Cesaris. Respon
dens autem ihc. dixit illis. Reddite igitur que
sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo. Et mira
bantur super eo. Et uenerunt ad eum saduce:
qui dicunt resurrectionem non esse. Et inter
rogabant eum dicentes. Magister: moyses nob
scripsit: ut si cuius frater mortuus fuerit & dimi
serit uxorem. & filios non reliquerit. accipiat fra
ter eius uxorem ipsius. & resuscitet semen fratri
suo. Septem ergo fratres erant: & primus acce
pit uxorem & mortuus est non relicto semine.
Et secundus accepit eam: & mortuus est. Et
nec iste reliquit semen. Et tertius similiter:
& acceperunt eam similiter. septem. & non reli
querunt semen. Nouissima omnium defunc
ta est & mulier. In resurrectione ergo cum re
surrexerint. cuius de his erit uxor? Septem
enim habuerunt eam uxorem. Et respon
dens ihc ait illis. Nonne ideo erratis: non scien

tes scripturas. neq; uirtutem dei. Cum enim
a mortuis resurrexerunt. neq; nubent neq; nu
bentur. sed sunt sicut angeli in cęlis. De mortuis
autem quod resurgant non legistis in libro moysi.
super rubum. quomodo dixerit illi deus. inquie
ns. Ego sum deus abraham. & deus ysaac. & de
iacob. non est deus mortuorum sed uiuorum.
Vos ergo multum erratis.
r. Mc xxxvi vi Hr cc xxvm Et accessit unus de scribis qui audierat illos con
quirentes. & uidens quoniam bene illis respon
dit interrogauit eum quod esset primum omni
um mandatum. Ihs autem respondit ei quia
primum omnium mandatum est. audi israhel.
dns deus noster. deus unus est. Et diliges dom
inum deum tuum. ex toto corde tuo. & ex tota
anima tua. & ex tota mente tua. & ex tota uirtu
te tua. hoc est primum mandatum. Secundū
autem simile est illi. Diliges proximum tuū
tamquam te ipsum. maius horum. aliud man
datum non est.
r. Mc xxxvii Solus. x Et ait illi scriba. Bene magister in ueritate
dixisti quia unus est. & non est alius preter eū.
& ut diligatur ex toto corde. & ex toto intellec
tu. & ex tota anima. & ex tota fortitudine. &
diligere proximum tamquam seipsum. plus

ter. xxvi. co.

est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis.
Ihs autem videns quod sapienter respondisset dixit illi. Non es longe a regno dei.
Et nemo iam audebat eum interrogare.
Et respondens ihc dicebat docens in templo. Quo modo dicunt scribe xpm filium esse dauid? Ipse enim david dicit in spiritu sancto. Dixit dns domino meo: sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo david dicit eum dim. Et unde est filius ei?
Et multa turba eum libenter audiunt.
Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare. & salutari in foro. & in primis cathedris sedere in synagogis. & primos discubitus in cenis.
Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu pro lixe oationis. hi accipient prolixius iudicium.
Et sedens ihs contra gazophilatium aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilatium. Et multi diuites iactabant multa.
Cum uenisset autem una uidua pauper misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico uobis quoniam uidua hec pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophilatium. Omnes

M c.xxv m
M r cc.xl vi.
L cc xl m

M r c.xxv m
M r cc.xl v
L cc xl v

M r c.xxv v
M r c.xl viii
L cc xl vi
J c.xxx vii

M r c.xxx vi
L cc xl vii

Vepiccopepon

cum ex eo quod abundat illi miserunt: hec ue
ro de penuria sua omnia que habuit miserunt tot
um victum suum.

Mr.c.xxv vii
Mr.cc.xl ii
L.cc.xxv vii
7.cc.xl viii

Et cum egrederetur de templo: ait illi unus ex dis
cipulis suis. Magister: aspice quales lapides: et
quales structure. Et respondens ihc ait illi.
Videsne has omnes magnas edificationes: non
relinquetur lapis super lapidem qui non destru

Mr.c.xxv viii
Mr.cc.xl ii
L.cc.xl viii

Et cum sederet in monte oliuarum
contra templum: interrogabant eum separatim.

Sanct. XI.

petrus. et iacobus. et iohannes. et andreas. Dic
nobis quando ista fient. et quod signum erit
quando hec omnia incipient consummari.
Et respondens ihc cepit dicere illis. Videte ne
quis uos seducat. Multi enim uenient in nomi
ne meo dicentes quia ego sum: et multos seducent.
Cum audieritis autem bella et opiniones belloꝝ:
ne timueritis. Oportet enim fieri: sed nondum
finis. Exurget autem gens super gentem et
regnum super regnum: et erunt terre motus per
loca et fames. Initium dolorum hec.

Mr.c.xxv viii
Mr.cc.xl iiii.
L.cc.l.
Io.c.xl i
7.c.xl vi.

Videte autem uos ipsos. Tradent enim uos
in concilia: et in synagogis suis apparebitis. Et ad
te presides et reges stabitis propter me: in testi
monium illis.

Mr· c xl
Mr cc xl vi

Et in omnes gentes primū oportet p̄dicari euangeliū.

Mr· c xl i
Mr lxxv viii
L· c xl viii
Z c l i

Et cum duxerint uos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: sed quod datum uobis fuerit illa hora id loquimini. Non enim estis uos loquentes: sed spūs sanctus. Tradet autem frater· frat̄em in mortem. & pat̄· filium: & consurgent filii in parentes. & morte afficient eos.

Et eritis odio omnibus p̄pter· nomen meum.

Mr· c xl ii
Mr cc xl vi

Qui autem sustinuerit in finem. hic saluus erit.

Mr· c xl iii
Mr cc xl vii
L cc viii
Z cc l iii

Cum autem uideritis abhominationem desolationis stantem ubi non debet: qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes: & qui super· tectum. ne descendat in domum. nec introeat ut tollat aliquid de domo sua. Et qui in agro erit: non reuertatur retro tollere uestimentum suum.

Mr· c xl iiii
Mr cc xl viii
L cc l iii
Mr· c xl v
Mr cc l. vi

Ve autem pregnantib' & nutrientib' in illis diebus.

Mr· c xl vi
Mr cc l i
L· cc l· vi

Orate uero ut hieme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales: quales nō fuerunt ab initio creaturę quam condidit deus usq; nunc. neq; fient.

Mr· c xl vii
Mr cc l ii

Et nisi breuiasset dominus dies: non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiauit dies.

Mr· c xl viii
Mr cc l. iii
L cc iiii

Et tunc si quis uobis dixerit. ecce hic est x̄p̄s· ec

Mr̃c xl viii
Mr̃c l viii

ECce illic̃ ne credideritis.
Exurgent enim pseudoxpi & pseudo prophetę & dabunt signa & portenta ad seducendos si fieri potest etiam electos. V os ergo uidete ecce predixi uobis omnia.

Mr̃c l
Mr̃c l. viii
l cc l viii

SEd in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur & luna non dabit splendorem suu. & stellę cęli erunt decidentes & uirtutes quę sunt in cęlis mouebuntur:

Mr̃c l ii
Mr̃c l. viii
l cc l viii

ET tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa & gloria. ET tunc mittet angelos suos. & congregabit electos suos a quatuor uentis: a summo terrę usq; ad summum cęli. A ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit estas. Sic & uos cum uideritis hęc fieri: scitote quod in proximo sit in ostiis. A men dico uobis: quoniam non transibit generatio hęc. donec omnia ista fiant. C ęlum & terra transibunt: uerba autem mea non transibunt.

Mr̃c l. ii
Mr̃c l. v

DE die autem illo uel hora nemo scit: neq; angeli in cęlo neq; filius: nisi pater.

Mr̃c l iii
Mr̃c l. vi

VIdete: uigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit.

Mr^c l. uiii
Mr cc lv viii
l cc xxviii

Sicut homo qui peregre profectus reliquit domũ
suam. & dedit seruis suis potestatem cuiusq:
operis: & ianitori precipiat ut uigilet.

Mr^c l v
Mr cc lviii
l c l vi

Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus do
mus ueniat: sero. an media nocte: an gallicantu.
an mane. ne cum uenerit repente: inueniat uos
dormientes. Quod autem uobis dico. omnib⁹
dico. uigilate.

§XII

Mr^c l vi
M cc lxv viii
l cc lx
lo. x. v.
7 xl viii.

ERAT AVTEM PASCHA ET AZIMA POST BIDVVM.

Mr^c l vii
M cc lxv v

Et querebant summi sacerdotes & scribę: quo
modo eum dolo tenerent & occiderent. Di
cebant enim. Non in die festo. Ne forte tu

Mr̃e l viii
Mr̃ce xiv vi
l lxxviii
to xe viii.

ꝯ mictikec

ꝯcyntpiɣacato

ꝯ. μαβαcτρον

k oπoyc
παρεκειτ

Mr̃e l viii
Mr̃ce xiv viii
lo xe viii

Mr̃e lx
Mr̃ce xiv viii
l. ce lx iii

et cum esset bethanie in domo symonis leprosi. & recumberet: uenit mulier habens alabastrum ungenti nardi spicati preciosi. & fracto alabastro effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos & dicentes. Ut quid perditio ista unguenti facta est? Potuit enim unguentum istud uenundari plusquam trecentis denariis: & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Ihc autem dixit. Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonum opus: operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum: & cum uolueritis potestis illis benefacere. me autem non semper habetis. Quod habuit hec fecit: preuenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis: ubi cumq; predicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo. & quod hec fecit narrabitur in memoriam eius.

Et iudas scarioth unus de duodecim abiit ad principes sacerdotes: ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet. Et primo die azimorum quando pascha immolabant:

dicunt ei discipuli. Quo uis eamus: ꝑ parem
mus tibi comedere pascha: Et tmittit duos
ex discipulis suis: & dicit eis. Ite in ciuitatem:
& occurret uobis homo lagenam aque baiolãs:
& sequimini eum. Et quocumq; introierit:
dicite domino domus quia magister dicit:
Vbi est refectio mea: Vbi pascha cum discí
pulis meis manducem: Et ipse uobis demons
trabit cenaculum grande stratum: & illic parate
nobis. Et abierunt discipuli eius: & uenerunt
in ciuitatem & inuenerunt sicut dixerat illis:
& parauerunt pascha.

Mr c lxi
M cc lxv viii
Io. c xxi
Z lxx ii

Vespere autem facto: uenit cum duodecim. & dis
cumbentibus eis & manducantibus. ait ihc.
Amen dico uobis: quia unus ex uobis me tra
det qui manducat mecum.

M c lx ii
Mr cc lxxv
L. cc lv viii
Io c xxv ii

Et illi ceperunt contristari & dicere ei singillatim.
Numquid ego:

Mr c lx iii
M cc lxxvi
L. cc lv viii

Qui at illis: Vnus ex duodecim. qui intingit
mecum in catino. Et filius quidem hominis
uadit sicut scriptum est de eo. Ve autem ho
mini illi: per quem filius hominis tradetur:
Bonum erat ei: si non esset natus homo ille.

M c lx iiii
Mr cc lxxvi
M c lx v
M cc lxxx iiii
L. cc lx vi
Io. lx v Z l v

Et manducantibus illis: accepit ihc panem. & be
nedicens fregit & dedit eis. & ait. Sumite hoc

Mr c lx vi
M cc lxxx v
l cc lx v
7 cc lx vii

est corpus meum. Et accepto calice gratias
agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et
ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti
qui pro multis effundetur. Amen dico uobis
quod iam non bibam de genimine uitis usq; in

Mr c lx vii
M cc lxxx vi

diem illum cum illud bibam nouum in regno di.

Mr c lx viii
M cc lxxx vii
lo c l ii

Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum.
Et ait eis hic. Omnes scandalizabimini in nocte
ista quia scriptum est. Percutiam pastorem
& dispergentur oues. Sed postea quam resur
rexero precedam uos in galileam.

Mr c lxv
M cc lxxx viii
l cc lxx v
lo c xc vi

Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fu
erint sed non ego. Et ait illi hic. Amen dico
tibi quia tu hodie in nocte hac. priusquam bis
gallus uocem dederit ter me negaturus es.

Mr c lxvi
M cc xc

Ille amplius loquebatur. Et si oportuerit
me simul commori tibi non te negabo. Simi
liter autem & omnes dicebant.

M c lxv ii
M cc xc i
l cc lxx viii
lo c lv vi

Et uenerunt in predium cui nomen gethsemani.
Et ait discipulis suis. Sedete hic donec orem.

Mr c lxv iii
M cc xc ii

Et ad sumit petrum. & iacobum. & iohannē
secum. cepit pauere & tedere
Et ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortē
sustinete hic & uigilate.

M c lxv v
Mr cc xc iii
l cc lxx vi
lo c lvi

Et cum processisset paulolum procidit super

terram & orabat ut si fieri posset transiret ab eo
hora. Et dixit. Abba pater omnia tibi possi
bilia sunt transfer calicem hunc a me.
Mr e lxxvi
Mr ee xe v
2. ee lxxv ii
10. l vii
7. xl ii
Sed non quod ego uolo sed quod tu. Et uenit & inuenit eos dormientes. Et ait petro. Simon dormis non potuisti una hora uigilare.
Mr e lxxvii
Mr ee xe vi
2. ee lxxv
7 ee lxxv iiii
Mr e lxxviii
Mr ee xe vii
10. lxv
Vigilate & orate ut non intretis in temptationē. Spiritus quidem pmptus est caro autem infirma. Et iterum abiens oravit eundem sermonem dicēs.
Mr e lxxviii
Mr ee xe viii
Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim oculi illorum grauati. Et ignorabant quid responderent ei.
Mr e lxxv
Mr ee xe viii
10. c iii
Et uenit tertio & ait illis. Dormite iam & requiescite. Sufficit. Venit hora ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet prope est.
Mr e lxxvi
Mr ee
2. ee lxxv
10. c l viii
Et adhuc eo loquente uenit iudas scarioth unus ex duodecim. & cum illo turba multa cum gladiis & lignis a summis sacerdotibus. & scribis & senioribus.
M. e lxxvii
Mr. ee i
2. ee lxxvi
Dederat autem traditor eius signum eis dicens. Quem cumq; osculatus fuero ipse est tenete eum. & ducite caute. Et cum uenisset statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus eum. At illi manus miserunt in eum & te

r
M c lxxxvii
Mr ccc ii
l.cc lxxxvii
to. c lx

Vnuerunt eum.

Mr c lxxxviii
Mr ccc iii
l.cc lxxxviii
to. c lxv

Vnus autem quidam de circumstantibus ducens gladium. percussit seruum summi sacerdotis. & amputauit illi auriculam.

Mr c lxxxv
Mr ccc v
vi

Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt.

r
M c lxxxvi
Soz vs

Adolescens autem quidam sequebatur eum. amictus sindone super nudo. & tenuerunt eum.

r
M c lxxxvii
Mr ccc vi
l cc xc
to. c lvii

Ille reiecta sindone. nudus profugit ab eis.

r
M. c lxxxviii
Mr ccc vii
iiii
to. c l. iiii

Et adduxerunt ihm ad summum sacerdotem. & conuenerunt omnes sacerdotes & scribe & seniores.

Petrus autem a longe secutus est eum. usq; intro in atrium summi sacerdotis. & sedebat cum ministris. & calefaciebat se ad ignem. προς τοφω

r
M c lxxxviii
Mr ccc viii
ii
l ccc v

Summi uero sacerdotes. & omne concilium querebant aduersus ihm testimonium ut eum morti traderent. nec inuenebant. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum. & conuenientia testimonia non erant.

M r c xc
vi
Mr ccc viii

Et quidam surgentes. falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. Quoniam nos

audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam tem
plum hoc manufactum: & per triduum aliud non
manufactum edificabo. Et non erat conueniens
testimonium illoꝝ. Et exsurgens summus sacer-
dos in medium interrogauit ihm dicens: Non re
spondes quicquam ad ea quę tibi obiciuntur ab
his? Ille autem tacebat. & nichil respondit.
Rursum summus sacerdos interrogabat eum:
& dixit ei. Tu es xpc filius benedicti?
Ihc autem dixit illi. Ego sum. Et tu debes filii
um hominis ad dextram sedentem uirtutis: & uenien
tem cum nubibus cęli.
Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua at-
Quid adhuc desideramus testes? Audistis blas
phemiam. Quid uobis uidetur? Qui omnes
condempnauerunt eum: esse reum mortis.
Et ceperunt quidam conspuere eum & uelare fa
ciem eius: & colaphis eum cedere: & dicere ei.
Prophetiza. Et ministri alapis eum cedebant.
Et cum esset petrus in atrio deorsum: uenit una ex an
cillis summi sacerdotis. Et cum uidisset petrum
calefacientem se: aspiciens illum ait. Et tu cum
ihu nazareno eras. At ille negauit dicens: Nec
scio: neq; noui quid dicas.
Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit.

Mr e.xc i
Mr ccc.x
Lc e.xc vii
Io. lv viii

Mr e.xc ii
Mr ccc.xvi

Mr e.xc iii
Mr ccc.xvii
Lc e.xc viii

Mr e.xc iiii
Mr ccc.xviii
Lc e.xc viiii
Io. e lxv ii

Mr e.xc v
Mr ccc.xviii
Lc e.xc i
Io. e lv viii
Mt e lv vi

Mr e.xc vi
Mr ccc.xv
Lc e.xc ii
Io. e lxv v

Rursusautem cum uidisset illum ancilla: ce
pit dicere circumstantibus. Quia hic ex illis est.
At ille rursum negauit. Et post pusillum: rur-
sus qui adstabant dicebant petro. Vere ex illis es.
Nam & galileus es. Ille autem cepit anathema
tizare & iurare: quia nescio hominem istum quē
dicitis. Et statim rursum gallus cantauit.
Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihc:
priusquam gallus cantet bis: ter me negabis. Et
cepit flere.
Et confestim mane consilium facientes summi sacer-
dotes cum senioribus & scribis & uniuerso concilio.
uinientes ihm. duxerunt & tradiderunt pilato.
Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeorum:
At ille respondens ait illi. Tu dicis.
Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.
Pilatus autem rursum interrogauit eum di
cens. Non respondes quicquam. Vides in
quantis te accusant. Ihc autem amplius nichil
respondit: ita ut mirari etiam pilatus.
Per diem autem festum dimittere solebat illis unū
ex uinctis quem cumq; petissent.
Erat autem qui dicebatur barabbas qui cum sedi
ciosis erat uinctus: qui in seditione fecerat hom
icidium. Et cum ascendisset turba: cepit roga

Mr c.xc vii
ii
Mr ccc.xvi
l cc.xc iii

Mr c.xc viii
Mr ccc.xvii
l cc.xc v

Mr c.xc viii
Mr ccc.xviii
l. ccc
Io-c lxx vi.
Mr: cc
Mr ccc.xx
l. ccc ii
Io-c lxx viii
Mr cc i
iiii
Mr ccc.xxi
Io-c lxxx
l c.xc ii

Mr cc ii
Mr ccc.xxii
l. ccc viii

Mr cc iii
iiii
Mr ccc.xxiii
Io-c lxxx iii

resicuit semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis dicens. Vultis dimittam uobis regem iudeorum. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

Mr cc iiii
Mr ccc.xxv
l. ccc.xyc
lo.c.lxxv iiii.

Pontifices autem concitauerunt turbam ut magis barabban dimitteret eis.

Mr cc v
Mr ccc.xv vi
l. ccc.xvi
lo.c.lxxv viii

Pilatus autem iterum respondens ait illis. Quid ergo uultis faciam regi iudeorum. At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus uero dicebat eis. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabant. Crucifige eum.

Mr cc vi
Mr ccc.xxviii
l. ccc.xviii
lo.c.xc vi

Pilatus autem uolens populo satisfacere. dimisit illis barabban. et tradidit ihm flagellis cesum ut crucifigeretur.

Mr cc vii
Mr ccc.xv viii
lo.c.lxxv v
l. c.lxxv vi

Milites autem duxerunt eum intro in atrium preto rii. et conuocant totam cohortem. et induunt eum purpura. et imponunt ei plectentes spineam coro nam. et ceperunt salutare eum. Ave rex iude orum. Et percutiebant capud eius harundine. et conspuebant eum. et ponentes genua adorabant

Mr cc viii
Mr ccc.xxv

eum. Et postquam inluserunt ei. exierunt illum purpura. et induerunt illum uestimentis suis. Et educunt illum ut cru

Mr cc viii.
Mr ccc.xxxvi
l. ccc.xv
lo.c.xc vii

cifigerent eum.

Et angariauerunt prætereuntem quempiã

Mr cc x
Mr ccc xxxvii
l ccc xviii
Io cxc vii

Mr cc xiiii
Ml ccc xxxviii
Io cc iii

Mr xc xii
Ml ccc xxxviii
l ccc xxxi
Io cc i

Mr cc xiii
Solus x

Mr cc xiii
Ml ccc xxx v
l ccc xxviii
Io cxc viii

Mr cc xv
Mccc xxxvi
l ccc xvii
Io cxc viii

Mr cc xvi
l cc lxx viii

Mr cc xvii
Ml ccc xxxvii

symonem cyreneum uenientem de ulla pte
alexandri & rufi. ut tolleret crucem eius.
t perducunt illum in golgotha locum. quod ē
interpretatum caluarie locus.
t dabant ei bibere myrratum uinum. & ñ accepit.
t crucifigentes eum. diuiserunt uestimenta ei.
mittentes sortē super eis. quis quid tolleret.
erat autem hora tertia. & crucifixerunt eum.
t erat titulus causa eius inscriptus. rex iudeorū.
t cum eo crucifigunt duos latrones. unum a dex
tris. & alium a simistris eius.
t adimpleta est scriptura que dicit. & cum in
iquis reputatus est.
t pretereuntes blasphemabant eum. mouentes
capita sua & dicentes. Vah qui destruit tem
plum. & in tribus diebus edificat. Saluum fac
temetipsum. descendens de cruce.

Mr cc xviii
Ml ccc xxxviii
l ccc xx ii

similiter & summi sacerdotes ludentes ad alter
utrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit.
seipsum non potest saluum facere. Xpe rex isrl
descendat nunc de cruce. ut uideamus & credam.

Mr cc xviii
Ml ccc xxxviii
l ccc xx v

t qui cum eo crucifixi erant. conuiciabantur ei.

Mr cc xx
Mr ccc xl
l ccc xx vii

t facta hora sexta. tenebre facte sunt per totam

Mr cc xxi
Ml ccc xl i

terram usq; in horam nonam.
t hora nona. exclamauit ihc uoce magna dicens.

Heloi.heloi.lemasabactam. Quod est interpretatum. Deus meus/deus meus/ut quid dereliquisti me. Et quidam de circumstantibus audientes dicebant. Ecce helyam uocat.

Mr ce.xxvii
Mr ce.xl ii
L ccc.xxvii

Currens autem unus & implens spongiam aceto. circumponensq; calamo. potum dabat ei dicens. Sinite uideamus/si ueniat helyas ad deponendum eum.

Mr ce.xxvii
M. ccc.xl i
L ccc.xxviii
Io. cc iiii

Ihc autem emissa uoce magna expirauit.

Mr ce.xxviii
M. ccc.xl iiii
L ccc.xxviii
Io. cc v

Et uelum templi scissum est in duo/a sursum usq; deorsum.

Mr ce.xxv
M. ccc.xl vi
L. ccc.xxxv

Videns autem centurio qui ex aduerso stabat quia sic clamans expirasset. ait. Vere homo hic/filius dei erat.

M. ce.xxvi
M. ccc.xl vii

Erant autem & mulieres de longe aspicientes. inter quas erat maria magdalene. & maria iacobi minoris. & ioseph mater. & salome. Et cum esset in galilea sequebantur eum/& ministrabant ei. Et alie multe/que simul cum eo ascenderant hierosolimam.

Mr ce.xxvii
M. ccc.xl viii
L ccc xxxvii
Io. cc vi

Et cum iam sero esset factum quia erat parasceue quod est ante sabbatum/uenit ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui & ipse erat expectans regnum dei. & audacter intrauit ad pilatum. & petiit corpus ihu. Pilatus autē

murabatur: si iam obisset. ℭ t accersito centurio
ne: interrogauit eum si iam mortuus esset. ℭ t
cum cognouisset a centurione: donauit corpus io
M cc.xv viii
M.cc.vi viii
L.ccc.xxviii
Io.cc vii
Ioseph autem mercatus sindonem: ℣ seph.
& deponens eum inuoluit sindone. & posuit eum in
monumento quod erat excisum de petra. ℭ t ad
uoluit lapidem ad ostium monumenti.
M cc.xv viii
vi
Mr cc l.
Maria autem magdalene & maria ioseph: aspicie
bant ubi poneretur.
Mr cc.xxxv
viii
L.ccc.xxxv
ℭ t cum transisset sabbatum: maria magdalene &
maria iacobi & salome. emerunt aromata: ut ue
nientes ungerent eum.
Mr cc.xxxvi
Mr ccc l.ii
L.ccc.xxxvi
Io.cc viii
ℭ t ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monu
mentum: orto iam sole. ℭ t dicebant ad inuicē.
Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti:
ℭ t respicientes: uiderunt reuolutum lapidē.
ℭ rat quippe magnus ualde. ℭ t introeuntes
in monumentum: uiderunt iuuenem sedentem
in dextris. coopertum stola candida. & obstupue.
Mr cc.xxxvii
Mr ccc l.iii
L.ccc.xxxviii
Qui dicit illis. Nolite expauescere. Iesum queri
tis nazarenum: crucifixum. Surrexit: non est
hic. ℭ ece locus: ubi posuerunt eum. Sed ite
dicite discipulis eius & petro: quia precedet uos
in galileam. Ibi eum uidebitis. sicut dixit uob.
Mr cc.xxxviii
M.ccc l.iiii
L.ccc.xxxviii
At ille exeuntes fugerunt de monumento: inua

/. exeraeie

serat enim eas tremor & pauor: & nemmi
quicquam dixerunt/ timebant enim. Surgēs
autem mane prima sabbati/ apparuit primo
marie magdalene/ de qua ieciera t septem demo
nia. Ille uadens nunciauit his qui cum eo fuerāt/
lugentibus & flentibus. & illi audientes quia
uiueret & uisus esset ab ea/ non crediderunt.
Post hec autem duobus ex eis ambulantibus os
tensus est in alia effigie/ eorum bus in illam. & t
illi euntes nunciauerunt ceteris/ nec illis credide-
r Al ccxxxvm Solus & Nouissime recumbentibus illis undecim apparuit
& exprobrauit incredulitatem illor/ & duriciam
cordis/ quia his qui uiderant eum resurrexisse non
crediderunt. & t dixit eis: & untes un mundu
uniuersum/ predicate euangelium omni creatę.
Qui crediderit & baptizatus fuerit/ salus erit
Qui uero non crediderit/ condempnabitur.
Signa autem eos qui crediderunt hec sequent.
In nomine meo demonia icient/ linguis loquen
tur nouis. serpentes tollent. & t si mortiferum
quid biberint/ non eis nocebit. Super egros ma
nus imponent/ & bene habebunt. & t dominus
quidem postquam locutus est eis/ assumptus ē
in celum/ & sedit ad dexteris dei. Illi autem pro
fecti predicauerunt ubiq;/ domino coopante

& sermonem confirmante sequentibus signis.

EXPLICIT.
EVANGELIVM SECVNDVM.
MARCVM.
INCIPIT ARGVMENTVM EVANGELII SCM.
LVCAM.

# PROLOGVS.

# VCAS. SYRV. ANTIOCHENSIS.

artē medicus. discipulus apl'oꝝ. postea paulū secutus. usq; ad confessionem eius. seruiens dño sine crimine. Nam neq; uxorem unquam habens. neq; filios. septuaginta & quatuor annoꝝ. obiit in bithynia plenus spū scō. Qui cum iam scripta eēnt euangelia. per matheū quidē in iudea. per marcum autem in italia scō mistagante spu machaię partibus hoc scripsit eam

gelium significans etiam ipse in principio ante ea
alia esse descripta. Cui extra ea que ordo euan
gelice dispositionis exposcit ea maxime necessitas
laboris fuit ut primum grecis fidelibus omni pro
phetatione ueniuri incarnem dei xpi manifesta
humanitas ne iudaicis fabulis attenti insolo legis
desiderio tenerentur ne uel hereticis fabulis &
stultis sollicitationibus seducti excederent aucto
tate elaboraret. Hoc ut in principio euan
gelii iohannis natiuitate presumpta. cui euange
lium scriberet. & in quo electus scriberet indica
ret. contestans in se completa esse que essent ab
aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filii
dei aperfectione generationis in xpo implere re
petende a principio natiuitatis humane potes
tas promissa est ut requirentibus demonstraret
in quo adprehendens erat per nathan filium u
trorum. recurrentis ad deum generationis.
amisso indisparabilis dei predicans in hominib'
xpm finum perfecti opus hominis redire in se
p filium faceret qui per david patrem uenien
tibus iter prebebat in xpo. Cui luce non in me
rito etiam scribendo apostolico actuum po
testas in mysterio datur: ut deo in deum pleno.
& filio prodentis exstincto. oratione ab apis

facta. forte dñi electionis numerus compleretur:
sicq; paulus consummationem apostolicis actibus
daret. Quem dui contra stimulum recalcitran
tem dñs elegisset. quod ꝛ legentibus ac requirenti
bus dñm. ꝛ si ꝑ singula exqueri a nobis utile fuerit.
scient tamen quod operantem agricolam oporte
at de fructibus suis edere. Vtamur publicã
curiositatem. ne non tam uolentibus deum unde
remur: quam fastidientibus prodesse.

EXPLICIT. ARGVMENTVM.

INCIPIVNT. CAPITVLA.

I ZAcharias uiso angelo quia non credi
dit obmutuit. Elisabeth uxor eius concepit.
Maria quoq; de spu sancto cum concepisset salu
tauit elisabeth. Elisabeth salutata prophetauit.
& peperit. ꝛ uocat nomen filii sui. Iohannis. zacharias scripsit locutus est. ac filium pretururum an
te dominum prophetauit. Postea quam peperit
maria ihm. infantem in presepio posuit. quem
pastores uisa angelorum indicia inuenunt. quiq;
octaua die circumciditur:

II Symeon iustus. xpm manibus sumptum benedi
cit. anna prophetissa uidua. multa de. xpo pro

phetat. I hic annoꝝ duodecim intemplo cum doc
toribus legis inuentus: inpatris se esse oportere pro
nunciat.

III Anno quinto decimo tyberii cęsaris pilato ciuante.
iohannes baptista penitentiam predicat. & fortu
orem xpm uenturum designat. Quo baptizato co
lumbę figuram spe supra descendit. vox eiam de
cęlo filium dei indicat. quem putabant filium io
seph.

IIII Ductus in desertum ihc quadraginta diebus ieiu
nauit. & a diabolo temptatus uicit. Reuersus in
galileam docet. sabbatis in synagogam. ingressus
esayam se signare. ac nullum prophetam in pa
tria sua dicit acceptum. de qua electis apud ca
pharnaum hominem a demonio sabbatis libe
rat. & socrum symonis a febribus. & multos male
habentes curat. & demonia se confitentia arce
pat. de nauiallocutur: de qua pisces multos
capi facit. vbi etiam petrum iohannem & iaco
bum elegit. leprosum mundat. in deserto orat.

V Paralyticum dimissum per tectum ihm a pecca
tis & a infirmitate liberat. leui publicanum se
quentem. apud quem murmurantibus pharise
is cenans dicit. sanis non esse opus medico. & de
ieunio disputans. parabolam panni & utrium

ponit·spicas uellentibus discipulis panes proposi
onis commemorat·hominem manum aridam ha
bentem sabbatis curat·oratione pernoctat·
apostolos elegit·turbas alloquitur·beatitudinē
alior̄·& alior̄ infelicitatem promittens·parabola
proferens·de ducatu cęci·& magistri·& discipuli·
& festucę oculo·uel trabis·& arboris bonu fructꝰ
uel mali·& hominem qui domum supra petram
uel super harenam edificauit·

VI Centurionis puerum curat·uiduę filium resuscitat·
Iohannes discipulos mittit ad ihm·& xpc de iohe
loquitur·subnectens similitudinē puerorum in
foro sedentium·mulier peccatrix lacrimis pedes
xpi lauat & ungit·Propter quam parabola dici
tur creditoris qui parum uel multum concedit·
In turbe sequentibus se turbis & mulieribus que
curate erant·similitudinem seminantis dicit eiꝰ
semen in bonam terram uel petrosam cecidit·lu
cernam non subtus·sed super candelabrum po
ni·matrem & fratres repudiat·Hanc imposit som
num·tempestatem sedat·hominem a maledicti
one liberat·

VII Iayri filiam dum uere resuscitare·mulierem a pro
fluuio liberat·puellam munificat·

VIII Mittens discipulos predicare·data eis omni potes

tatte quibus herode mrante reuersis: mdeserto
quinq; panibus æ duobus piscibus. quinq; mlia
mrorum satiat. unterrogans quem se dicerent tur-
be. a petro xp̃c declaratur: æ monet abnegatis om
nibus crucem tolli. æ se msequi. designans esse mic
qui mortem non gustarent. ante usionem glorię ei.
VIIII In montem ad sumpto petro iohanne æ iacobo. xp̃c
transfiguratur: unter moysen æ helyam usus: ubi
tria tabernacula petrus debere fieri dicit. æ nube
obumbrantur: ac uox celestis filium declarat. pue
rum humanum libeat. ac se tradi habere pronun
ciat. & cogitantes discipulos quis eoꝝ maior esset.
instruit. ac non prohibendu qui in nomine suo ur-
tutem faciat. a samaritanis non recipitur: æ uolen
tes ap̃los ignem super eos descendere increpat. se
qui uolenti se non habere ubi caput reclinet predi
cit. alterum tamen ipsa etiam patris morte mitti
mittà. ad sequendum eligit. & alio uolenti sius pri
mum renunciari. a rationis figuram ponit retro re
spicientis.

X Eligit septuaginta duos. quos mittit ad predican
dum. ipse uero increpat ciuitates. æ reuersos dis
cipulos ex eo dicit feliciores. quod eoꝝ nomina
cęlo essent scripta. ob quam rem gratias. quod
bene sint paruulis reuelata. & omnia sibi apa

tre tradita manifestat. quod nemmem nisi filiũ
nosse declarat. beatosq; oculos qui uiderunt id
quod prophetis non contigit. alegis perito temp
tatus: mandata que fieri precepit dominus para
bolam uulneratu. quem leuita & sacerdote pre
tereunte samaritanus colligit. apud marthũ
marię partem comlaudat.

XI Post orationem propriam docet orationem. &
parabolam ponit eius qui propter importunitatem dat
postulanti panem. petendum esse querendum
& pulsandum exemplum asserens. demonium
eiciens. unprincipem demoniorum idem phari
seis opinantes destruxit. beatosq; dicit qui audi
unt uerbum & custodiunt. dans signum ionę
& regnę austri. & nmuntas iniudicio dicit fore
beatos. & lucernam super candelabrum pon.
& quod oculus sit lucerna corporis. apud pha
riseum inuitatus lauandum potius quod untus
est elemosinus pronunciat. increpans multos
phariseos. & legis doctores.

XII Phariseis uolentibus cum eo contendere. discipu
los palam docet. ut eorum fallatiam caueant.
& eum timeant. qui potest post mortem inge
hennam mittere. & plures esse discipulos.
quinq; passeribus dipondio ualentibus. & ne

gantem se negaturum. & peccatum in spiritu scō
non remittendum. & non cogitari dum quid
adprehensus loquatur: petrum respondit se non
esse diuisorem hereditatis: similitudinem eius
cui multa nata sunt. Cuius anima eadem nocte
peteretur: ac docet exemplis: non cogitandum
de crastino. faciendamq; elemosinam omnibus
uendtis. & uigilandum dicens petro. felicem esse
bonum dispensatorem. unde dicit ignem mittere
super terram. non pacem. turbis quoq; dicit.
quod faciem cęli cognoscerent. tempora non in
telligerent. quos monet ut dum mala essent re
conciliarentur aduersario. ne reclusi non exirēt.
donec nouissimum quadrantem redderent.

XIII Cum enunciatum fuisset galileos occisos. monet
agendam penitentiam. parabolam ficulneę
subiungens: quam dominus cum infructuosā
uellet excidi. cultor statum postulauit. cum
mulierem annis decem & octo curuam erexis
set. indignantem archisinagogum increpat.
unde similitudinem grani synapis subiungit.
ex quo arbor maior holeribus nascitur: et fer
menti quod absconditum mulier habuit in
farina. & ut intra ceatur per angustum ostiū
ne claudatur: pharisei scribis quia he

rodes eum uellet occidere. dicit eum mulpem &
prophetam extra hierusalem non perire. &
increpat hierusalem.

XIIII Sabbatis cum ad hydropicum. discumbendi dat
ordinem. mutantem hortatur. pauperes pas
cere. similitudinem uinge(n)s hominis qui exeu
samibus mutatis. cecos claudos debiles voca
uit. & turbas de plateis. hortatur. omnem affec
tionem propter se relinquendam. parabolam
ponens turrim edificare uolentis & regis.

XV Sal fatuum esse non debere. murmurantibus plu
risei de communio pastorum. dat similitudine
pastoris propter unam ouem. nonaginta nouem
relinquentis. & mulierem que unam dragmam
perditam inuenens gaudet. sed & hominis
qui duobus filiis suis substantiam diuisit. ex
quibus iunior prodige egit. pro quo uitulus
occiditur. de dispensatore prodigo qui sapien
ter fecit. & ideo exemplis hortatur operandu.
& deridentes eum phariseos increpat. legem &
prophetas usq; ad iohannem dicens. ac mecha
ri eum ostendit. qui sua dimissa alteram acce
pit uxorem. & abalio dimissam ducit.

XVI Parabolam de diuite & lazaro. & necminimum
de credentibus scandalizandum. atq; omnia

acceptā fiatur remittenda. ⁊ quod fides ut gra
num sinapis transferat arborem mori. In mare
quoq; seruicium debitum exhibendum. decem
leprosi emundantur: ex quibus unus reuertitur ibi
sequuntur: gratias agens deo. intra nos esse regnū
dei. Regnum autem ipsum iuxta exemplum noe
uel loth subito uenire. ac tunc alium adsumi.
⁊ alium relinqui. ⁊ ubi fuerit corpus illic aqui
le. similitudinem iudicis rogantis ⁊ iudicis iniq.
⁊ duorum in templo orantium. ⁊ infantes non
prohibendos. similitudo cuiusdā ⁊ cameli facili⁹
